ΕΠΙΚΛΗΣΕΙΣ ΘΕΩΝ

SIVE

DE DEORUM COGNOMINIBUS PER GRAMMATICORUM GRAECORUM SCRIPTA DISPERSIS

DISSERTATIO
INAUGURALIS PHILOLOGICA
QUAM
AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS CONSENSU ET AUCTORITATE
IN
ACADEMIA GEORGIA AUGUSTA
AD
SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES
RITE CAPESSENDOS
SCRIPSIT

GEORGIUS WENTZEL
OPPOLIENSIS

GOTTINGAE
TYPIS EXPRESSIT L. HOFER
MDCCCXXXIX

MATRI OPTIMAE
CONSORTI FIDISSIMAE
S

Non vereor, ne praefandi occasione videar abuti, cum paucissima libello meo praemittam, quibus significem, quo tendant eae quaestiones, quas hoc fasciculo sum complexus. Quae cum pertineant ad deorum graecorum *ἐπικλήσεις*, imprimis est distinguendum inter deorum *ἐπικλήσεις*, quae vere ita dicuntur, et epitheta poetica, quamquam sermone graeco neglegenter ac varie vocabula *ἐπίκλησις ἐπώνυμον ἐπίθετον* commiscentur. Sed *ἐπικλήσεις*, quae sunt ea cognomina, quae dis in *cultu* sunt, nullam habent rationem cum epithetis a poetis diis inditis, nisi quod poetae, cum deos epithetis adornent, a popularium religione plerumque adeo pendent, ut ad huius exemplum fingant, quae de diis praedicant. Haec igitur epitheta, quae poetarum ingenio nata sunt, non curo; ego animum attendam ad *ἐπικλήσεις*, ad ea cognomina, quibus Graeci, ut verbis exprimerent quale numen sentirent, in sacrificiis deos advocaverunt (*ἐπεκάλεσαν*) quibusque usi deorum potestatem venerando coluerunt usque ad recentissima tempora. Ergo, ut quod volo exemplo illustrem, non exponam, cur Homerus Jovi epitheton *νεφεληγερέτης* dederit aut Euripides Baccho *Διόγονος* aut Callimachus Dianae *πολύπτολις*, sed tractabo Jovem *Ἐρεχθέα* Milesiorum, Cererem *Εὐρυόδειαν* Scarpheensium, Dianam *Χιτώνην* Milesiorum. Attamen *ἐπικλήσεις* ipsas colligere collectasque commentario prosequi est opus non modo periculosae plenum aleae, sed etiam pro tironis viribus operosum, laboriosum, arduum, quod ut umquam perficiam haud scio an animi corporisque vires omnino non permittant. Idem autem opus si quis absoluturus est, eum oportet antea certiorem esse de fontibus praecipuis: quo e numero primum post inscriptiones locum obtinent grammatici graeci: qui quae de deorum cognominibus docuerunt, ea ostendere qua ratione cohaereant animum induxi, cum hunc fasriculum componerem. Itaque, ut pergam exemplo planum facere quid agam, non curo Jovem *Ἀπόμυιον* Eleorum ipsum neque explico quae notio insit in hoc cognomine aut qua de causa illa *ἐπίκλησις* Jovi sit indita, sed perlustro ac percenseo eos locos, qui de Jove isto sunt apud grammaticos graecos, quibusque e fontibus hausti sint extricare studeo. Selegi autem e grammaticorum turba eos, quos aliquo vinculo inter se esse conexos primo obtutu facile quivis intellegit, Hesychium, Athenaeum, Clementem

Alexandrinum, scholiastam Lycophronis, Pausaniam periegetam: in his cardo quaestionum vertetur. Tamen cum Hesychium, ut Diogeniani reliquias eruerem, cum reliquis lexicis compararem, peculiare aliquid, quamvis esset exiguum, de Suida docere posse mihi visus quaestiunculam de hoc homine addidi, quam cur retinerem causa non erat, quamquam cum ceteris grammaticis nullo pacto cohaeret neque intra ἐπικλήσεις continetur, sed ad poetarum epitheta paullisper aberrat. Suidam autem quae excipiunt, ea capita unius atque continuae disquisitionis sunt, quam ita institui, ut primum singulos auctores dispungam et exsequerer, deinde omnia inter se componerem. Itaque capita prima in describendo acquiesunt, in comprobando versatur ultimum; nam haec est summa artis nostrae lex ut, priusquam ad ratiocinandum progrediamur, nulla opinione obducti et obfuscati res ipsas lucide conspicemur et libere contemplemur.

I

De Suida prolusio

Priusquam ad rem ipsam accedam, paucis iuvabit demonstrare Suidae, cuius adhuc apud multos magna est auctoritas, nostra in quaestione usum esse nullum. Qui quas exhibet, eae *ἐπικλήσεων* glossae, si ab auctoribus pendent, quos adhuc manibus terimus, omnino procul habendae sunt; ut eae quae scholiis Aristophanis (s. v. *Ἀγοραῖος Ἑρμῆς, δείλακρα, Καταιβάτης, Λοξίας, ὁμόγνιος, Ταυροβόλος, Ταυροπόλον, Τελεία*), Homeri (s. v. *Δωδωναῖος, Κύπρις, Οὔλιος* [= schol. *E* 5, ξ 231], *Πυλάρτον, Φοῖβος*), Sophoclis (*Ταυροπόλα, χθονίας βροντάς*), Thucydidis (s. v. *Χαλκίοικος*), Gregorii (s. v. *Βουθοίνας, Ἑκάτη, Κερδῷος*), glossis Herodoti (s. v. *Ἑταιρεῖος*), Athenaeo (s. v. *Πρίαπος*), epimerismis Herodiani (s. v. *Σειληνός*), Stephano Byzantio (s. v. *Λιθήσιος, Ναπαῖος*, quae lemmata Bernhardy perperam delevit), paroemiographis (s. v. *Ἀζησία, Ἀφθάς = Φθάς, Ἔμβαρος, Μόρυχος = Μωρότερος Μορύχου*), chronographis Byzantinis (s. v. *Πῆκος*), Photio[1]) et Harpocrationis epitomae (s. v. *Ἐλευθέριος Ζεύς, Ζαγρεύς, Ἴακχος, Ὁμολώϊος, Πύθιον, Ὕης*) debet. Alios autem scriptores Suidas perlegendo excerpsit, velut Aelianum, Anthologiam Palatinam, Babrium, alios; huc faciunt glossae s. v. *Ἐπόγμιος, Κάσιον, Πυργοφύρος, Φύξιος*. Etiam cum Etymologicis Suidas nonnusquam adfinitate quadam coniunctus est; cf. vv. *Βρόμιος* cum Etymologico Gudiano s. v. *Βρόμιος* (p. 116, 19), *Ὄμπνιος* cum Et° Gud° (p. 429, 28), *Εἰραφιώτης* cum Et[i] M[i] p. 302, 53; glossae autem quam Suidas s. v. *Θρίαμβος* posuit, pars prior e Photio fluxit, altera Etymologicorum doctrinam refert, cf. Et[i] M[i] codicem Sorb. p. 454, 16 et Gud[i] p. 265, 1. Accedunt quattuor glossae, s. v. *Βουζύγης, Δηλιάς, Μελαναιγίδα Διόνυσον, Ῥαριάς*.

---

[1]) Vel si quis Photium ipsum a Suida adhibitum esse negat, utriusque auctore communi Photio paene pari.

E quibus et Ceres *Δηλιάς*, si veram J. Toepfferi coniecturam comprobamus (cf. Hermae Berolinensis vol. XXIII 327, 1), et Ceres *'Ραριάς* ad Atticorum res sacras nos relegant: eodem pertinet Bacchus *Μελαναιγίς*, quamquam ea quae Suidas s. v. *Μελαναιγίδα Διόνυσον* narrat, ad Eleutherem Boeotum applicantur (cf. Suid s. v. *'Απατούρια*). Hae igitur glossae earum numero adscribendae sunt, quas permultas Suidas praeter Photium e glossariis atticistarum vel rhetoricis adhuc ignotis descripsit. Contra Herculem *Βουζύγην* unde Suidas sumpserit, prorsus nescio, nam non verum est, quod J. Toepffer nuperime coniecit, hanc glossam ex *ἐπικλήσεων* sylloge nescio qua petitam esse (Attische Genealogie, p. 146, adn. 4); eo enim in libro, quo in *ἐπικλήσεων* glossis conficiendis Suidam usum esse infra comprobabimus, Herculis mentio omnino facta non est. Tamen haec una glossa nihil ad rem.

Haec lemmata omnia si dempseris, tamen reliquae erunt multae in Suida glossae, quae ad deorum *ἐπικλήσεις* aut ad epitheta homerica pertinent, eo insignes fere omnes, quod praeter nomina deorum *ἐπικλήσεσι* nihil additur. Quas Suidas exscripsit ex anonymi Laurrentiani catalogo cognominum deorum duodecim, quem Studemundius publici iuris fecit (Anecd. var. graec. et lat. I 265 ss.). Inspicias enim velim hanc tabulam, quam ita confeci, ut glossis Suidae integris, ubi poteram, numeros epithetorum Studemundianos apponerem; atque cum Studemundius in edendo libello isto praeter codicem Laurentianum LIX 16 in Jovis cognominibus librum Ambrosianum C 222 inf. ord. paullo integriorem adhibuerit, eorum epithetorum, quae solo in Ambrosiano extant, numeros uncis quadratis inclusi.

Suidas	An. Laur.
'Αγελαίη· ἡ 'Αθηνᾶ	VIII 1
'Αγκυλομήτης· καὶ ἀγκυλομῆται οἱ σκολιόβουλοι	I 1
'Αγρολέτειρα· ἡ "Αρτεμις	XII 1
Αἰγίοχος· ὁ Ζεύς	I 10
Αἰγοφάγος	deest
'Ακάκητος· ὁ 'Ερμῆς	VII 1
"Αλειον· τὸ τοῦ 'Ηλίου ἱερὸν κατὰ 'Ροδίους σημαίνει ὕδωρ. καὶ	
"Αλειος· ὁ Ζεύς	[14]
'Αμφιγυήεις· ὁ "Ηφαιστος	VI 1
"Ανθεια· ἐπίθετον "Ηρας	IX 1
'Αργεία· "Ηρα· ἢ ἡ τῶν 'Αργείων γῆ	IX 2
'Αργειφόντης· ὁ 'Ερμῆς	VII 2

Γεοῦχος· ὁ Ποσειδῶν· ὁ τὴν γῆν ἔχων	III 4
Γαιήοχος δὲ	*γαιηό[υ]χον.*
Γαιήοχος· ὁ Ποσειδῶν	*γεούχον δέ* em. Studemund
Δηώ· Δηοῦς κλίνεται· ἡ Δημήτηρ	XI 6
Διδυμαῖος	II 10
Διμήτωρ· ὁ Διόνυσος	V 10
Διωναία· ἡ Ἀφροδίτη· καὶ	X 3
Διώνη· ἡ αὐτή	Nicetae epit. p. 282
Ἑκατηβελέτης· ὁ Ἀπόλλων. ὁ αὐτὸς καὶ	II 16
Ἑκατηβόλος	II 14
Ἑκηβόλος· ὁ Ἀπόλλων	II 15
Ζευξιδία· ἡ Ἥρα	IX 8
Ζηρυνθία· ἡ Ἀφροδίτη. καὶ Ζηρύνθιον καὶ Ζήρινθον ἄντρον ἐν ᾧ τοὺς κύνας ἔθυον, ἔνθα ἦν τὰ τῶν Κορυβάντων καὶ τῆς Ἑκάτης μυστήρια. ἔστιν ἐν τῷ Ἀλλ' εἴ τις	X 6
Ζυγία· ἡ Ἥρα	IX 9
Ἰλιεία· Ἀθηνᾶ· ἡ παρ' Ἰλιεῦσι τιμωμένη	VIII 17
Ἵππιος· Ποσειδῶν	III 9
Ἰτώνη· καὶ Ἰτωνία· ἡ Ἄρτεμις	XII 13
Κάρνειος· (*Κάρνιος* libri)· *Ἀπόλλωνος*	II 20
Κηναῖος· ὁ Ζεύς	I 49
Κτήσιος· ὁ Ζεύς	I 51
Κωλώτης· ἀσκαλαβώτης. Βάβριος· σοφῆς ἀράχνης ἱστὸν εὗρε κωλώτης, καὶ λεπτὸν ἐνέδυ φᾶρος ἐκτεμὼν τοίχου. καὶ	
Κωλώτης· ὁ Διόνυσος	V 21
Λήναιος· ἐπίθετον τοῦ Διονύσου (glossam, quae deest in codicibus AV, Bernhardy perperam delevit)	V 22
Μυχαίτατον· ἐσώτατον· καὶ μυχοίτατον. Καὶ Μυχ[ε]ία· ἡ Ἀφροδίτη. (Ultima verba a codd. AV aliena Bernhardy perperam delevit.)	X 13
Ξεινήϊον· καὶ Ξεινήϊος Ζεῦς	[69]
Ξένιος· ὁ τῆς ξενίας ἔφορος· λέγεται καὶ ξένιος ὁ Ζεύς	I 61
Ὅρκιος· Ζεύς. καὶ ὅρκιον σκῆπτρον, καθ' οὗ ὤμνυον οἱ βασιλεῖς. ἡ ῥάβδος	I 67
Πολιά· τοῦ γήρως. καὶ Πολιάς· ἡ Ἀθηνᾶ	VIII 25
Προτρυγαῖος	V 33

Πύθιον· ἱερὸν Ἀπόλλωνος Ἀθήνησιν ὑπὸ Πεισιστράτου γεγονός, εἰς ὃ τοὺς τρίποδας ἐτίθεσαν οἱ τῷ κυκλίῳ χορῷ νικήσαντες τὰ Θαργήλια. καὶ Πύθιος· ὁ Ἀπόλλων	II 34
Πωγωνί[η]της· ὁ Ζεύς	deest
Σῶκος· ὁ Ἑρμῆς	VII 12
Φοῖβος· ὁ Ἀπόλλων	II 43
Φοῖβος· καθαρὸς· ἁγνὸς ἢ μάντις· καὶ ἀμίαντος· καὶ ὁ Ἀπόλλων.	

Primum sequitur Suidam *ἐπικλήσεων* auctore peculiari usum esse. Nam eae glossae, quarum lemmata ad deorum epitheta pertinere non videntur, dubium non est, quin ita sint compositae, ut duae inter se plane diversae glossae ad unam notationem adscribantur; cf. glossas *ἀγκυλομήτης, ἄλειον, Ἀργεία, μυχαίτατον, ὅρκιος, πολιά,* in quibus quae praeter *ἐπικλήσεις* accedunt, a dis omnino abhorrent. Quas glossas inter se dissimillimas Suidas particulis *καὶ* vel *ἢ* conglutinavit, morem secutus Byzantinorum, quem in Hesychio recte observavit Reitzensteinius (Mus. Rh. vol. XLIII 453). Res autem confirmatur, ubi primum Suidae auctoribus indagatis ostendimus, epitheta deorum illius propria esse. Ac s. v. *Ζηρυνθία* omnia se repetivisse praeter *ἐπίκλησιν* e glossa s. v. *ἀλλ'εἴ τις* ipse testatur, quam esse scholion Arist. Pac. 277 editores dudum animadverterunt: quo ab scholio Venus *Ζηρυνθία* abest. Glossae vero s. v. *Κωλώτης* verba prima (*κωλώτης· ἀσκαλαβώτης*) Photii sunt, post Babrium excerpit, qui de Baccho non magis loquitur quam Photius; Bacchus enim apud neutrum occurrit. Etiam s. v. *ξένιος* verba *ὁ τῆς ξενίας ἔφορος* e Photio sumpta sunt, cui ultima (*λέγεται καὶ ξένιος ὁ Ζεύς*) desunt; item Suidas s. v. *Πύθιον* primum Photium expilavit (usque ad verba *τὰ Θαργήλια*); quae autem postremo Suidas addit (*καὶ Πύθιος ὁ Ἀπόλλων*), ea frustra apud Photium quaeres. Praeterea s. v. *ἀγκυλομῆται* duas glossas secernimus, quarum altera (*καὶ ἀγκυλομῆται· οἱ σκολιόβουλοι*), ad verbum redit in lexico Bachmannio (p. 329, 3 Bekk.); quae si sublata est, restat lemma *ἀγκυλομήτης,* Jovis epitheton, Suidae proprium; et s. v. *ξεινήϊον* duae glossae coniunguntur, altera (*ξεινήϊον*) Suidae et Hesychio (*ξενήϊον*) communis, altera Suidae propria, ex anonymo repetita. At Jovem *Κτήσιον* nonne potuit sumere e glossa proxima s. v. *Κτησίου Διός*, quae est Harpocrationis? Potuit, non sumpsit. Nam etsi erat Suidae in deliciis, eandem glossam diversis locis repetere — ut hanc quoque s. v. *Ζεὺς Κτήσιος* iterum posuit —, tamen quam ineptissimum erat et prorsus inutile ante illam Harpocrationis glossam alteram collocare,

quae nihil praeter cognomen ex Harpocratione notum complecteretur, nisi praeter hunc Suidas peculiarem de deorum epithetis libellum adhibebat. Eadem est ratio glossae s. v. *Φοῖβος*; ad glossam homericam, etiam Photio notam, altera eiusdem epitheti accedit, quae cur ante illam ipsam adderetur, nullo pacto posset intellegi, nisi Suidas proprium de his epithetis auctorem in manibus habuisset.

Cuius libelli indolem ex Suida cognoscere licet. Nam facile animadvertimus, inter cognomina deorum a Suida et *ἐπικλήσεις*, quae vere vocantur, et epitheta homerica aut poetica esse recepta. Atque hac quidem re Suidas, ut quam maxime ab Hesychio differt — qui quas explicat *ἐπικλήσεις* esse e proprio libro descriptas infra demonstrabo, epitheta vero homerica quae praebet non ad hunc librum, sed ad glossas homericas aut cum Apollonio Sophista aut cum scholiis homericis cognatas pertinere notum est —, ita proxime accedit ad Laurentianum anonymum, qui ipse quoque utriusque generis cognomina commiscet ac perfundit. Item Suidas a reliquis ipsius glossis homericis differt eo, quod epithetorum glossae praeter lemmata nihil continent nisi deorum nomina, ceterae autem glossae homericae, quamquam e doctrina vilissima provenerunt, tamen lemmata praeposita nonnullis verbis explicantur omnia. Accedit, quod is libellus, quem Suidas expilabat, eadem ratione dispositus et ad eundem ordinem digestus erat atque anonymus Studemundi. Suidas enim, quamquam ipse per totum lexicon elementorum ordinem secutus in epithetorum glossis primum loco lemmatum *ἐπικλήσεις* ponere, tum vero nomina deorum addere solebat, tamen non lexicon aut glossarium, sed libellum in manibus habebat, quo epitheta deorum singulorum singulis capitibus componerentur, deorum autem nomina inscriptionum loco capitulorum fronti praefigerentur, non post unumquodque cognomen repeterentur. Nam id nisi statuimus, explicari non possunt eae Suidae glossae, in quibus omnino nihil exscripsit nisi lemma, quo sola *ἐπίκλησις* continebatur, nomina deorum addere oblitus. Cf. glossas s. v. *Αἰγοφάγος*, *Διδυμαῖος*, *Προτρυγαῖος*; neque glossa s. v. *ἀγκυλομήτης* huc non facit, dummodo segregaveris, quae segreganda supra dixi. Quod si recte observavi, Studemundi anonymus ultro se obfert. Suidae auctor porro plane nihil praeter epitheta comprehendebat; nam unum veriloquium, quod semel Suidas addit ab anonymo alienum, s. v. *Γεοῦχος* cum scribat *ὁ τὴν γῆν ἔχων*, tale est quale quivis homo Byzantinus non ipse repperire, at scire potuerit e doctrina homerica tritissima. Etiam illud quod Suidas adnotat s. v. *Δηώ· Δηοῦς κλίνεται*, si omnino ab auctore ullo deducendum est, cui aptius adscribamus, quam anonymo Laurentiano, qui omnium epithetorum casum genetivum posuerit? Ne id quidem sen-

tentiam nostram evertit, quod s. v. Ἰλιεία addit Suidas ἡ παρ' Ἰλιεῦσι τιμωμένη, quae verba anonymus non novit. Nam haec de suo addere potuit, qui ante ipsam illam glossam alteram nescio quem auctorem secutus conscripsit: Ἰλιεύς· ὁ ἀπὸ τῆς Ἰλίου πόλεως· καὶ Ἰλιέων. Immo, glossa, quae est s. v. Ἰλιεία, rem conficit. Quid? nonne Ἰλιάς erat ἐπίκλησις Minervae, Ἰλίεια nomen dies festi in honorem Minervae celebrati? Ergo erravit anonymus Laurentianus, cum inter illius cognomina Ἰλιείαν reciperet, erravit nemo post eum, nisi Suidas et Nicetas, quem totum ab anonymo pendere Studemundius comprobavit. Itaque erroris communitate Suidas convincitur. Idem cadit in Dianam Ἰτώνην, quae apud nullum scriptorem occurrit nisi apud anonymum et Suidam; Χιτώνη enim Diana et Χιτωνία colebatur (cf. Callim. hymn. I 77, III 225 cum scholl.; Steph. Byz. Χιτώνη p. 694, 8 M), non Ἰτώνη; Ἰτωνία et Ἰτώνη Minerva (Steph. Byz. s. v. Ἴτων, p. 342, 8 M) appellabatur. Et hanc quidem ἐπίκλησιν quam anonymus recte Minervae attribuerat, Suidas, cum epitheta seligeret et ad literarum seriem digereret, Minervae nomen in exscribendo rursus oblitus falso cum lemmate Ἰτώνη e Dianae cognominibus excerpto coniunxit, unde haec evasit glossa: Ἰτώνη. καὶ Ἰτωνία· ἡ Ἄρτεμις. Adde quod glossa s. v. Γεοῦχος, cuius de veriloquio supra dixi, in ceteris adeo cum anonymo consentit, ut alterum sine altero vix possis intellegere, anonymi certe emendatio Studemundiana non probatur nisi Suida conlato. Itaque cum fere omnes ἐπικλήσεις a Suida receptae apud anonymum redeant, ad illum Suidam referre non dubito. Desunt autem anonymo [Venus] Διώνη, Juno Αἰγοφάγος, Jupiter Πωγωνί[η]της [1]). E quibus Διώνη neque in epithetorum numero haberi potest et quam facile potuerit addi vel a grammatico byzantino, Nicetae exemplo discimus qui ipse quoque eam inter Veneris cognomina enumerat. [2]) Sed duorum epithetorum discrimine tantum abest ut sententia nostra refutetur, ut novum contra inde argumentum nanciscamur, quo fulciamus id quod posuimus. Nam eiusdem anonymi codices duo Ambrosianus et Laurentianus adeo inter se discrepant, ut ex 100 epithetis Jovis, quae Ambrosianus continet, non minus 17 in Laurentiano desiderentur, ex 92 autem Laurentiani epithetis novem in Ambrosiano non inveniantur. Videmus igitur anonymi catalogum traditum esse ut solent grammaticorum scripta tradi: quae per varios codices circumferuntur, decurtantur excerpuntur, amplificantur interpolantur. Quodsi Suidas inter tot glossas non amplius duas exhibet, quae nec in Ambrosiano nec in Laurentiano

---

[1]) Ita Juppiter appellatur a Pogone, Trozeniorum portu.
[2]) Nisi Nicetam quoque codice paullo pleniore usum esse mavis.

extant, quid est, cur miremur eum codicem paullo uberiorem exscripsisse, praesertim cum Suidas saeculo decimo vix potuerit libris uti scriptis saeculo duodecimo vel tertio decimo? Id quoque moneo Suidam duas **ἐπικλήσεις** enumerare, quae solius Ambrosiani sunt, non Laurentiani, Jovem **Ἀλεῖον** et **ξένιον**: nam cum Laurentianus unam noverit formam ionicam **ξεινίου**, in Ambrosiano attica **ξενίου** additur, quam Suidas habet.

Quae cum ita sint, Suidae glossae **ἐπικλήσεων** nullius pretii sunt, quia anonymum, unde fluxerunt, in manibus habemus. Cuius libelli textum si constituturi sumus, Suidas codicis instar est; atque illum duobus epithetis auget, unam Studemundi coniecturam confirmat, alterum locum corruptum sanat: nam cum Laurentianus inter Bacchi epitheta unum praebeat, quod intellegi nequit **Κωλοάνου** (V 21), Suidas scripturam servat veram: **Κωλώτης**, quo cognomine eadem fere sententia Bacchus appellatus est atque Venus **Κωλῶτις** Cypriorum (Lycophr. 837 cum scholl.).



II

De Diogeniano

2

Suidam nostra e quaestione removendum esse demonstravimus; nunc reliqua lexica adeamus, quorum ut in ceteris ita hic quoque princeps est Hesychius, in quo paene uno ex omnibus lexicographis nititur ea quaestio, quam instituimus de ἐπικλήσεων doctrina. Atque Hesychii optimus auctor Diogenianus cum non solus illius auctor fuerit, sed varia elementa in Hesychii lexico, quod nunc est, conglutinata sint (lexica, scholia Homerica et Euripidea infimi generis, glossae vilissimae, velut Cyrilli), ne ipse quidem per unum fontem exquisitissimam veterum Alexandrinorum copiam exhausit, sed sive per Pamphilum sive per alios grammaticos ab auctoribus multis ac diversis pendet: ut inerant in Diogeniano aut certe nunc insunt in Hesychio scholia Homerica, Aristophanea, Callimachea, Thucydidea, glossae atticistarum, rhetoricae, Harpocrationis, alia. Quo quae ex ἐπικλήσεων glossis pertinent, eae, cum conscriptae sint non ἐπικλήσεων causa, sed ad poetarum aut scriptorum aut oratorum locos aliquos interpretandos, ne verbo quidem dignae sunt in hac quidem quaestione neque singulas curamus, utrum Hesychii an Diogeniani opera in lexicon Hesychianum pervenerint: auctores enim eorum primarii qui fuerint constat, neque solent ab editoribus in adnotando neglegi. Illud quoque licet animadvertere, in hoc glossarum genere epitheta poetica et ἐπικλήσεις sacras saepissime confundi, ut par erat in explicandis scriptoribus.

Haec lemmata ubicumque remota sunt, ingens restat caterva glossarum ἐπικλήσεων, Hesychii propria [1]), praeter numerum eo quoque memorabiles quod omnes ad veras ἐπικλήσεις pertinent, nulla ad epitheton ullum poeticum, et quod omnes ἐπικλήσεων causa adferuntur, non ut locus ullus e scriptore petitus adumbretur, sed ut indicetur quae cui deo quonam loco fuerit ἐπίκλησεις. Atque has quidem glossas Hesychium Diogeniano debere ut per se patet neque omnino argumentis indiget, ita ad liquidum perduci potest, cum unius certe glossae auctor Diogenianus diserte nominetur. Hesychium enim cum scribat: Βριτό-

[1]) Cf. M. Schmidtii pnaest. Hesych. p. CLXXX.

μαρτις· ἐν Κρήτῃ ἡ Ἄρτεμις, e Diogeniano pendere, scholion Callimachi hymn. III 190 testatur: *Βριτόμαρτις*] *ὄνομα κύριον τῆς νύμφης, ἀφ' ἧς καὶ ἡ Ἄρτεμις ἐν Κρήτῃ Βριτόμαρτις τιμᾶται, ὡς Διογενιανός*. Sed quoniam Diogeniani memoria non in uno Hesychio posita est, sed ille etiam aliis a grammaticis adhibetur, circumspiciendum est, an ab his aliquid lucremur ad Diogenianeas glossas *ἐπικλήσεων* restituendas aut amplificandas: nam Hesychius, quamquam ex omnibus grammaticis plurimas Diogeniani glossas servavit, tamen easdem quam maxime decurtavit; et saepe fit, ut eandem Diogeniani glossam apud alium scriptorem integriorem inveniamus. Qua in quaestione nihil iuvamur scholiis Platonis[1]), scholiis Nicandri[2]), lexico Segueriano quinto[3]), e

[1]) Schol. Plat. Eryx. 392 A ad verbum concinit cum Hesychio s. v. Ἐλευθέριος Ζεύς, quae glossa non ex Harpocratione (s. v. Ἐλευθέριος p. 70, 11 Bk. = Et. M., Suid.) pendet. — Ceterum de Diogeniano in scholiis Platonicis adhibito cf. egregias Leop. Cohnii disquisitiones supplemento tertio decimo Fleckeisenii annalium insertas (1884, p. 786 ss.).

[2]) Nisi quod coniectura, qua Meursius Hesychii glossam s. v. Ἀφαία emendavit, confirmatur schol. Nic. Alex. 618.

[3]) Cf. Boysen., de Harpocrat. lex. font. p. 45; Cohn. l. l. p. 825. Seg. V glossa s. v. Ζειροφόρος p. 261, 19 Hesychio (s. v.) par, glossa Seg. V s. v. Ζωστήρ p. 261, 30 Hesychiana parcior est. Praeter has Diogenianeas si quas habet lex. Seg. V ἐπικλήσεων glossas, eae ad illud lexicon rhetoricum pertinent, quod et cognatum fuisse cum Harpocratione et usurpatum a Photio, scholiis Platonicis, lexicis Patmensi, Bachmanniano, Seg. V Leopold Cohn luculenter ostendit (l. l. p. 826 ss.). Qui si Juliano hoc glossarium vindicat, de nomine hominis dubitandum est; fuisse autem talem libellum pro explorato habeo. Huic adscribendae sunt glossae hae: Seg. V p. 207, 32 Ἀθηνᾶ ἱππία (= lex. Bachm. p. 38, 10 Bachm. Ἀθηνᾶ ἱππία; cf. Harp. Ἱππία Ἀθηνᾶ p. 1 1, 21 Bk. [= Phot.]); p.251 , 15 Ἑρκειος Ζεύς (= Hes. Phot. Ἑρκείου Διός = schol. Plat. Euthyd. 302 D; cf. Harp. Ἕρκειος Ζεύς p. 85 Bk. [= Phot. Ἕρκειος]; Cohn p. 829); 291, 30 Πάτριος Ἀπόλλων (= lex. Patm. [Bull. de corresp. Hellén. I] p. 143 = schol. Plat. Euthyd. 302 C; cf. Harp. p. 28, 16 Bk.; Cohn p. 829); 293, 26 Προναία Ἀθηνᾶ (= Phot. Πρόνοια Ἀθηνᾶ); p. 299, 5 Προναία Ἀθηνᾶ (= schol. Aeschin. Ctes. 108; cf. Harp. Προναία p. 158, 22 Bk. [= Hes. Προναίας, Phot. Πρόνοια]); 304, 8 Σκ[ε]ιράς Ἀθηνᾶ (= Phot. *σκίρος* [= Suid.]; cf. Harp. *σκίρον* p. 168, 5 Bk. [= Phot. Suid. *σκίρον*]); 317, 11 Ψιθυριστής Ἑρμῆς (= Harp. p. 186, 24 Bk.). Eodem conicio pertinere Dianam Βραυρωνίαν (Seg V p. 220, 26 Βραυρωνία; cf. schol. Ar. Av. 873. Lys. 645) Atheniensium et Apollinem Δήλιον et Πύθιον (Lex. Seg. V p. 299, 8 Πύθιος *καὶ* Δήλιος). Juppiter autem Ναΐος duabus glossis explicatur (Seg. V p. 279, 21 Ναΐος Ζεύς et p. 283, 13 Ναΐου Διός), quas ad unius oratoris locum pertinere censeo; alterum quidem lemma verba scriptoris alicuius exhibet. In altera autem — ne quid praetermittam — Perieris nomen dudum est restitutum; restituendus est Icarius; haec enim scripsit lexicographus: p. 279, 21 Ναΐος Ζεύς· *ὄνομα ἱεροῦ τοῦ ἐν* Δωδώνῃ. Περιήρης (Πέριρος cod.) *γὰρ ὁ* Ἰκαρίου (Ἰκάστου cod.) *παῖς τοῦ* Αἰόλου *ναυαγήσας διεσώθη ἐπὶ τῆς πρύμνης καὶ ἱδρύσατο ἐν* Δωδώνῃ Διός Ναΐου *ἱερόν*.

quibus fontibus nullus cum Diogeniano non consentit hic illic in *ἐπικλήσεων* explicationibus, nullus Hesychium auget. Clementis autem de scholiis loqui melius erit in ultimo harum quaestionum capite, postquam summam rei absolverimus. Contra quid e Callimachi scholiis ad Diogenianum redundaret, supra exposui, cum locum afferrem qui est de Britomartide: reliqua autem *ἐπικλήσεων* scholia Callimachea alia aliunde provenerunt[1]), si quidem vere statuitur eas adnotationes, quae nunc in codicibus raro ad verba Callimachi adspersa sunt, omnes non ex uno ac continuo commentario fluxisse, sed variis temporibus adscriptas esse.

Ne Suidas quidem plus quam unam ex *ἐπικλήσεων* glossis Diogeniani repetivit, eam autem ita ut aliquid inde lucremur:

Hesychius	Suidas
Ἐργάνη· *ὡς δαπάνη. ἐργασία. ἐργατική* † *δόρυ. τεχνῖτις* (*τέχνησις* cod.; corr. Hemsterhuys). *ἐργάτις. παρὰ δὲ Σαμίοις ἡ Ἀθηνᾶ ἐλέγετο ὥς* (*ελεως* cod.; corr. Schow et Wilamowitzius) . . .	*Ἐργάνη· ἡ Ἀθηνᾶ, παρ' ὅσον ἔφορός ἐστι τῆς τῶν γυναικῶν ἐργασίας, ταύτῃ παρὰ Ἀθηναίοις καὶ Σαμίοις εἴρηται. σημαίνει δὲ καὶ τὴν ἐργασίαν.*

Atque Hesychii quidem glossam e compluribus compositam esse U. de Wilamowitz me docuit: prima enim verba *ὡς δαπάνη* non ad notionem vocis, sed ad accentum conformationemque vocabuli *ἐργάνη*

Perieres et Icarius Penelopae sunt consanguinei, qnam olim in fabulis antiquis Thesproticis partes aliquas egisse e Pausania potest colligi, qui VIII 12, 5 haec dicit: (Arcades) Πηνελόπης δὲ εἶναι τάφον φασὶν οὐχ ὁμολογοῦντες τὰ ἐς αὐτὴν ποιήσει τῇ Θεσπρωτίδι ὀνομαζομένῃ. Ἐν ταύτῃ μὲν γέ ἐστι τῇ ποιήσει ἐπανήκοντι ἐκ Τροίας Ὀδυσσεῖ τεκεῖν τὴν Πηνελόπην Πτολιπόρθον παῖδα. Cf. Wilamowitzii disquisitiones homericas (p. 188), qui fortasse iniuria Pausaniae crimini vertit, quod Penelopam et Callidicam, Ulixis uxorem Thesproticam, confuderit. — Ceterum apud Diogenianum fortasse olim eadem fuit doctrina; cf. Hès. Δωδωνεύς· Ζεύς. ὁ αὐτὸς καὶ Νάϊος (Δῖος cod.).

[1]) Britomartis Diogeniani est (cf. supra p. 4), verum et vetustum scholion loci huius Callimachei servavit Et. M. p. 214, 22; Diana autem Οὖπις (schol. III 204) olim in antiquis bonisque Callimachi commentariis inerat, unde idem scholion exscripserunt et Etum Mum p. 641, 54 et veteres Vergilii interpretes, cf. schol. vet. ad Aen. XI 532; quicumque autem in codicibus scholion, quod nunc est de Venere Prisca, ad hymn. IV 307 appinxit, is nihil in manibus habebat aut certe respiciebat nisi Callimachi verba ipsa: contra Apollo Carneus (schol. II 71) scholiis Pindari Pyth. V 106 debetur, hominis opera byzantini, opinor, descriptus. Quae cum ita sint, quo sint referenda scholia I 77 et II 69, diiudicari nequit nec ad Diogenianum certi quidquam redundat.

similitudine exempli illustranda pertinet; paullo post si abicitur corruptissimum *δόρυ*, quod adhuc nemo aut sanavit aut intellexit, glossa aliena inserta est *ἐργατική· τεχνῖτις, ἐργάτις*, quae verba ad lemma *ἐργάνη* omnino non possunt referri. Haec si sustuleris, reliqua erunt haec: *ἐργάνη· ἐργασία. παρὰ δὲ Σαμίοις ἡ Ἀθηνᾶ ἐλέγετο ὡς* ...... quae olim eadem cognominis interpretatione excipiebantur, quae nunc est apud Suidam. Itaque Suidae glossa prorsus eadem est quae Hesychiana, nisi quod e Diogeniano pauca servavit, quae apud Hesychium exciderunt.

Nunc videndum est de Etymologicis. E quibus Gudianum cum parcissimum fuerit in Diogeniano exscribendo [1]), non mirum est rarissime exhibere *ἐπικλήσεων* glossas. Tamen duae extant (*Ἐρυσίβη* p. 210, 25; *Φαλαρῖτις* p. 549, 23), optimae ac doctissimae illae quidem, quas, quamquam in Hesychio non redeunt, Diogeniano nihilominus adscribere propterea non dubito, quia eundem visum ad Diogenianearum *ἐπικλήσεων* similitudinem conformatum habent quem pleraeque glossae *ἐπικλήσεων* Hesychianae; Diogeniani utique propria sunt *ἐπικλήσεων* lemmata. [2])

Jam vero in Etymologico Magno Diogeniani usus quamquam non admodum creber est, tamen latius patet quam concessit, qui nuper de Diogeniano Etymologici Magni auctore commentatiunculam conscripsit, G. Schoemann (in Comment. in hon. Studemundi, Argentorati 1889, p. 123 ss). Qui cum vere observavisset Diogeniani nomen nulli glossae in Et° M° subscribi post glossam s. v. *εἶεν*, tamen ratiocinatus hanc ob causam credi non posse Diogenianum post litteram *E* ab Etymologo usurpatum esse erravit. Dudum enim Boysenus glossas Et^{i} M^{i} Diogenianeas, quae incipiunt a littera I, composuit (l. l. p. 69). Nam etsi recte fortasse negavit Schoemannus librarios inculpandos esse, tamen illud quoque potest cogitari ipsum grammaticum, qui Etymologicum confecit, postea piguisse in nomine

---

[1]) In Gudiano Diogenianea perpauca insunt, at insunt: documento certo sunt glossae nonnullae, quae ad *ἐπικλήσεις* non spectant. Nam glossa Hesychii s. v. *Ἄναυρος* redit et in Et° M° Diogeniani nomine ornata p. 100, 57 et in Gudiano p. 53, 36; item glossa Hesychii s. v. *ἀπιός* in Et° M° p. 122, 25 Diogeniano adscripta invenitur in Gud° p. 65, 27; item Gud. s. v. *ἄπληστα* p. 65, 45 = Hes. *ἄπλετα, ἄπλετον, ἄπληστα* = Et. M. 123, 11; Gud. s. v. *ἀταλαίπωρον* p. 88, 30 = Hes. *ταλαίπωρος* = Et. M. p. 162, 35. Unam (s. v. *Ζαγρεύς* p. 227, 88) Diogeniani esse in ultimo capite ostendam.

[2]) Reliquas *ἐπικλήσεων* glossas Gudiani enumerabo, cum de Et° M° dicam; unam e scholiis Lycophronis desumptam (*Κάδμος* p. 290, 23 = P ad Lyc. 162, schol. Lyc. 219) hic denotavisse satis erit.

addendo perseverare. Neque rationem Schoemannus habet earum glossarum, quae in mediis litteris *ΑΒΓΔΕ* Etymologus e Diogeniano sumpsit nomine non subscripto: idem fieri vel in posterioribus litteris utique concedendum est. Ex *ἐπικλήσεων* numero certe Diogeniano adscribendae sunt glossae quattuor, quas praeter Hesychium nemo agnoscit: *Ἀνησιδώρα* 108, 31 (= Hes.), *Βρισαῖος* 214, 16 (= Hes. *Βρησσαῖος*), *Δάειρα* 244, 34 (= Hes.) *Δαφνίτης* 250, 35 (= Hes.) Duas (s. v. *Ἀπόμνιος* 131, 23, s. v. *Διδυμαῖος* p. 272, 44 Diogeniani esse in ultimo huius fasciculi capite ostendam. Ceteras praeter Diogenianeas *ἐπικλήσεων* glossas in propatulo est Et[i] M[i] auctorem hausisse ex iisdem fontibus, quos in reliquis glossis a deorum epithetis alienis solebat adire, cum opus suum componeret: ex Orione[1]), e Photio, e lexico Seg. V[2]), ex aliis auctoribus etymologicis[3]), e Methodio[4]), e Stephano Byzantio[5]), ex Arriano[6]), e scholiis

[1]) Orionis sunt glossae Δελφίνιος 215, 17 (= Or. 46, 22), Λύαιος 571, 17 (= Or. 93, 13), Παφίη 656, 39 (= Or. 128, 16); accedit Ἐνοδία 344, 42, quam glossam nunc in Orionis lexico non servatam ad hoc referendam esse subscriptio Eti Mi docet: Ἐνοδία· ἡ Ἑκάτη. ἐπὶ κυνηγός. Ἡρακλείδης.

[2]) Cf. Cohn l. l. p. 828. Ceterum rhetorica est etiam glossa s. v. Ἐπάκριος 352, 49 (= Hes. s. v.); Eust. ad ξ 1, p. 1747, 58.

[3]) Huc pertinent glossae s. v. Ἀλησιάς (62, 37 = Gud. 34, 42; adglutinatum est schol. Lyc. 868); Ἀλιτηρία (65, 40 = Gud. 35, 23), Ἀνησίδανος (108, 29 = Gud. 57, 16), Ἄνθεια (108, 45 = Gud. 57, 48), Δασύλλιος (248, 54), Διθύραμβος (274, 44 = Gud. 146, 23 et 42); Ἐγκέλαδος (310, 34 = Gud. 158, 12; Hesychii auctor (s. v.) alia voluit ac veriloquio illustrare, quibus e partibus vocabulum Ἐγκέλαδος constaret), Ἑδάς (315, 28), Ἐριχθόνιος (371, 49 = Gud. 208, 29), Εὔιος (391, 12), Κλύμενος (521, 4), Μεθυμναῖος (575, 45 = Gud. 383, 49), Φλεύς (796, 44).

[4]) Ἀγεσίλαος p. 8, 32 (= schol Callim. lav. Pall. 130), Ἀλδήμιος p. 58, 20.

[5]) s. v. Γόργυρος p. 238, 40. — Etiam Apollinem Ζωστήριον s. v. Ζωστήρ commemoratum (p. 414, 19) Stephano debet; nam ibi ad idem lemma duae glossae conferruminantur, altera e scholiis homericis repetita (= schol. ABT ad Δ 132. 133. 135), altera geographica, ad promunturium Atticum Zosterem applicata. Quam Stephano paullo pleniorem esse eo minus miramur, quod Stephani exemplar integrius Eti Mi auctori praesto fuisse J. Geffcken nuper multis locis collatis evicit (De Stephano Byzantio capita duo, Gottingae 1886, p. 3 ss.). Tertia autem Eti Mi glossa (ζωστήρ p. 414, 23) ex Apollonio Sophista desumpta est. Neque vero ulla ratio hoc loco inter Etum Mum et Diogenianum (Hes. ζωστήρ) intercedit.

[6]) s. v. Ἀφέσιος p. 176, 23 Arriani Βιθυνιακά laudantur; argumenti paritate commotus eidem Arriani libro Wilamowitzius adtribuit Junonem Ζευξιδίαν Argivorum (p. 409, 28), cuius glossae ultima verba sic restituo: ὅτε δὲ τοὺς στάχυς συνέβαινε βλαστάνειν καὶ ἀνθεῖν, Ἄνθειαν Ἥραν (ἄνθεα Ἥρας vulgo) ἐκάλεσε.

Lycophronis [1]), Apollonii Rhodii [2]), Theocriti [3]), Callimachi [4]), Hesiodi [5]), Pindari [6]), Nicandri [7]).

Transeo nunc ad Photium, quem Diogeniano usum esse Boysen optime demontravit [8]). Qui Hesychii copiam his *ἐπικλήσεων* glossis Diogenianeis auget:

---

[1]) E scholiis Lycophronis in Et^um^ M^um^ nonnulla pervenerunt, quae nunc in codice Lycophronis Marciano nequaquam exiliora exstant; cf. Et. M. s. v. Βοαγίδας 203, 24 cum schol. Lyc. 652, Et. M. Ζηρυνθία 411, 30 cum schol. Lyc. 449, Et. M. s. v. Κηραμύντης 511, 27 cum schol. Lyc. 663, Et. M. s. v. Λαφύστιος 557, 51 cum schol. Lyc. 1237, Et. M. s. v. Τερμιεύς 753, 8 cum schol. Lyc. 706, Et. M. s. v. Τροπαία p. 768, 51 cum schol. Lyc. 1328. Quattuor autem inveniuntur glossae, quae cum in Et^um^ M^um^ reciperentur, scholia Lycophronis integriora erant quam nunc: s. v. Ἀλαῖος 58, 4 (cf. Lycophr. 919), Εἰλενία 298, 26, Κυρῆτα 548, 8 (cf. Lyc. 1392), Πολεμῶν 679, 49 (ad Herculem Παλαίμονα a Lycophrone in v. 661 commemoratum hoc lemma iure Valckenarius rettulit). Quarum glossarum subscriptiones cum praeter primam (s. v. Ἀλαῖος) omnes Orum grammaticum nominent cumque s. v. Εἰλενία Orum scholiis Lycophronis usum esse aperte indicetur (ἐν ὑπομνήματι Λυκόφρονος. Ὦρος), apparet etiam glossae s. v. Ἀλαῖος subscriptionem, quae est in libro V^a^ οὕτως Ὠρίων, mutandam esse in οὕτως Ὦρος. Nam neque Orio Lycophronem adhibuit et res quoque illa glossa exposita adeo cum Ori doctrina glossa s. v. Εἰλενία tradita consentit, ut unius loci continui particulas duas duos in locos dispositas esse intellegamus; Etymologus enim Ἀλαῖος, inquit, ὁ Ἀπόλλων· Φιλοκτήτης γὰρ παραγενόμενος εἰς Ἰταλίαν ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος ἱδρύσατο Ἀπόλλωνος Ἀλαίου ἱερόν, ἐν ᾧ καὶ τὸ τόξον ἀνέθετο, et paullo post: Εἰλενία πόλις καὶ Εἰλενία Ἀθηνᾶ. Φιλοκτήτης γὰρ παραγενόμενος εἰς Ἰταλίαν ἱδρύσατο Εἰλενίας Ἀθηνᾶς ἱερὸν ἀπὸ τοῦ ἐν ἐκείνῳ συγκεκλεῖσθαι τῷ τόπῳ κτλ. Itaque cognoscimus, qua ratione in scholiis Lycophronis ab Oro exscriptis Minerva Εἰλενία potuerit tractari, quamquam apud Lycophronem omnino non invenitur. Accedit una glossa s. v. Σάλπιγξ 708, 2, quae fluxit e scholiis Lycophronis (v. 915. 986) plenioribus, sed in Et^o^ M^o^ subscriptione caret.

[2]) s. v. Βριμώ (213, 49 = schol. Ap. Rh. III, 861), Ἰτωνία 479, 46 (est schol. Ap. Rh. I 550), Νυκτέλιος (609, 20 = schol. Ap. Rh. II 905; eadem doctrina est in schol. Soph. Ant. 1146).

[3]) s. v. Ἄκτιος 54, 26 (= schol. Theocr. V 14).

[4]) s. v. Βριτόμαρτις 214, 22 (= Call. hymn. III 190); Εὐκολίνη 329, 27; Οὖπις 641, 54 (= schol. Callim. III 204).

[5]) s. v. Παγασαῖος 646, 39 (= schol. Hes. scut. 70).

[6]) s. v. Ἵππιος 473, 42 (= schol. Pyth. IV 246); Ὀρθωσία 631, 2 (schol. Ol. III 54).

[7]) s. v. Αἰγοφάγος p. 27, 51. — Glossa poetica est etiam s. v. Ἀθώου Διός 26, 48.

[8]) l. l. p. 65 s.

Photius	Hesychius
Καραιός· *Ζεὺς ἐν Θεσσαλίᾳ καὶ Βοιωτίᾳ.*	*Καραιός·* *Ζεὺς παρὰ Βοιωτοῖς οὕτω προσαγορεύεται. ὡς μέν τινές φασιν διὰ τὸ ὑψηλὸς εἶναι, ἀπὸ τοῦ κάρα.*
Κύννειος· *Ἀπόλλων Ἀθήνησιν οὕτως λεγόμενος, ὃν ἱδρύσατο Κύννης Ἀπόλλωνος καὶ Παρνηθίας νύμφης κτλ.* sequuntur Socratis et Cratetis testimonia.	*Κύννειος·* *Ἀπόλλωνος ἐπίθετον.*
Ὁμολῷος· *Ζεὺς ἐν Θήβαις καὶ ἐν ἄλλαις πόλεσι Βοιωτίας καὶ [ὁ] ἐν Θεσσαλίᾳ· ἀπὸ Ὁμολῴας προφήτιδος κτλ.* adfertur Aristophanes Boeotiacorum scriptor et Ister.	*Ὁμολώϊος Ζεύς.* *Θήβησιν οὕτω προσαγορεύεται ὁ Ζεύς.*
Στράτιος· *Ἄρης καὶ Ζεύς. (ἡ δευτέρα συλλάβη βραχεῖα. καὶ στράτιον τὸ μέγα καὶ σοβαρόν).* [1])	*Στράτιον·* *(πολεμικὸν ἢ φοβερόν). καὶ ἐπίθετον Διός.*

[1]) Praeter haec lemmata Photius saepius cum Hesychio ad verbum concinit, ita tamen, ut nihil ultra hunc praebeat: cf. Hes. Phot. s. v. Ἑρμῆς Στροφαῖος = Στροφαῖος Ἑρμῆς, Λικνίτης, Ὅδιος, Ὀργάνη. Photii autem glossas. v. Ἐργάνη sumpta est ex Pausania atticista, cf. Eustath. comm. in Odyss. p. 1437, 48; eadem Photii glossa quam maxime recedit ab Hesychio, qui s v. Ἐργάνη prorsus peculiaria habet; cf. supra p. 5. Glossa comica est Hes. Phot. s. v. Ἑταίρας, tragica Hes. Phot. s. v. Σαρωνία. Pausaniae autem atticistae usus num in *ἐπικλήσεων* glossis ultra Ἐργάνην apud Photium pateat dubito; vindicari certe Pausaniae non possunt eae glossae, quae aut ad ad *ἐπικλήσεις* non atticas pertinent aut doctrina auctorum laudatorum insignes sunt; id enim ipsum Photius Pausaniae crimini vertit (bibl. cod. 153), quod in scriptoribus laudandis ab Aelio Dionysio superetur. Ceterum ut in Hesychio, ita in Photio eas glossas ex disputatione sustuli, quae aut ad scholia Aristophanis aut ad Harpocrationem revocandae sunt: Quas autem proprias habet Photius *ἐπικλήσεις*, eae ad locum aliquem scriptoris aut poetae se spectare ipsae aut disertis verbis aut lemmatis forma testantur; velut s. v. Ὕης glossa prior, glossa s. v. Φίλιος. Contra emendando ex *ἐπικλήσεων* numero removenda est glossa s. v. Κεκρόπη. Traditum est: Κεκρόπη· Ἀθήνη, dubitavit de scriptura Bachmann (Anecd. I, p. 480), scribendum est aut Κεκροπία· Ἀθῆναι aut — id quod Wilamowitzius praefert — Κεκροπίᾳ· Ἀθῆναι.

Haec habeo, quae Diogeniano aliis e lexicis restituam.[1]) Quibus praeter Hesychium peculiarem in *ἐπικλήσεων* glossis fontem non fuisse est manifestum. Contra Diogenianus *ἐπικλήσεις* innumeras exhibet, proprias ac per se stantes omnes, spectantes ad deos deasque omnes quotquot Graeci noverunt. Quas glossas e peculiari libro fluxisse inde potissimum licet intellegere, quod non solum ex numero ingenti paucissimae cum aliis eiusdem lemmatis interpretamentis coniunguntur, sed etiam, si quando ad unum lemma variae praeter *ἐπικλήσεις* explicationes sunt adscriptae, aut a deorum epitethis adeo abhorrent, ut *ἐπικλήσεις* ad alios auctores esse referendas facile intellegas glossasque inter se diversas esse conglutinatas, aut — id quod gravissimum est — ea quae ad *ἐπικλήσεις* non spectant, apud alios scriptores redeunt atque unde sumpta sint potest demonstrari, *ἐπικλήσεις* autem ipsae nusquam Hesychii non sunt propriae. Velut *ἐπικλήσεις* nullius sunt nisi Hesychii, reliqua autem praeter eas e scholiis aut glossis homericis petita locis his: Hes. s. v. *Γραῖα* (cf. *B* 498), *Ἑρμιόνη* (cf. schol. D ad *B* 561 = Phot.; schol. *δ* 4. 11; Et. M. 376, 43); *Εὐρυνόδεια* (cf. *Π* 635; Et. M 396, 24; Eust. ad *γ* 454, p. 1476, 56; Suidas s. v.); *Ἱπποδάμεια* (cf. schol. ADT ad *B* 392); *κουρίδιον* (cf. schol. *E* 414; L. Weber, quaest. Lacon. p. 61); aut quae ad *ἐπίκλησιν* Hesychius adglutinavit, ad atticistarum lexica aut glossaria rhetorica aut Etymologica pertinet, quibus *ἐπίκλησις* deest; cf. Hes. *Ἐγκύκλιος* (cf. Et. M. 311, 51; Suid.; Lex. Bachm. p. 205, 13); *Εἰραφιώτης* (cf. Et. M. 302, 52; Suid.; schol. Dion. Perieg. 576; L. Weber, l. l. p. 33); *Ἐλαφρός*[2]) (cf. Orion. 58, 1 = Et. M. 326, 15); *Ἐλευσίνια* (cf. Harpocr. s. v. p. 70, 18; L. Weber, l. l. p. 33/34, qui recte Hesychii glossam distinxit);

---

[1]) Lexicon Bachmannianum in quo Diogenianum esse expilatum Leop. Cohn censet (l. l. p. 794. 814) neque potest negari multas inesse glossas Hesychianas vilissimas, in litteris Β—Ω ne unam quidem *ἐπικλήσεων* glossam habet praeter Jovem *Ξένιον* (p. 311, 3 Bachm.), qui apud Hesychium non est; in littera autem *A*, quam ubertate prae ceteris excellere notum est, si quae inveniuntur *ἐπικλήσεις* aut ab Hesychio discrepant (*Ἀζησία* p. 36, 4 Bachm.; Hes.) aut ab eo alienae sunt (*Ἄγος* p. 24, 10 Bachm.); nonnullae sunt cum Harpocratione cognatae (cf. L. Cohn. l. l. p. 826 ss.), velut *Ἀθηνᾶ ἱππία* p. 38, 10 Bachm. (cf. quae supra dixi p. 4) et *Ἄγλαυρος* p. 13, 15 Bachm. (= Harp. p. 3, 3 Bk.); in aliis latent scholia Aristophanis, quae etiam Hesychius exscripsit: cf. *Ἀχαία* p. 174, 23 Bachm. (= Hes.; cf. Wilamowitzium in Hermae vol XX, p. 106, 1); *Ἀγοραῖος Ζεύς* p. 24, 16 (= Hes. *Ἀγοραίου Διός*), *Ἀγοραῖος Ἑρμῆς* (p. 24, 18 = Hes. *Ἀγοραῖος*); *Ἀγοραῖος Ζεύς* p. 10, 13 (= Hes. *Ἀγοραῖος Ζεύς*); cf. schol. Aristoph. equ. 297 410. Itaque auctor lexici Bachmanniani unum certum Diogeniani fontem neglexit, nisi a Cohnii sententia mavis recedere.

[2]) Juppiter audit *Ἐλάφριος*; cf. An. Laur. I 26.

Ἐναίσιμος (cf. *Z* 521 et Schmidtii adnotationem; Suid. s. v., lex. Bachmann. p. 219, 18); *Ζέα* (cf. Phot. s. v., lex. Seg. V p. 261, 3, schol. Ar. Pac. 144), *Ζύγιος* (cf. Phot. s. v.; schol. Ar. Nub. 122); *Ἡφαιστία* (cf. Harpocrat. epit. p. 94,9 Bk.); *Ἰατρός* (cf. lex. Seg. V p. 262, 16. 263, 1. Phot. s. v. *ἥρως*); *Ἰχναίην χώραν* (cf. Suid.); *Κεραύνιος* (cf. Phot. s. v. *κεραυνός*); *Λυσίζωνος* (cf. Suid.); *Μανδραγόρας* (cf. Phot. Suid.; lex. Seg. V 280, 2); *Ταῦρος* (cf. Phot. s. v. *ταῦρον*). His locis omnibus *ἐπικλήσεις* a reliquis Diogeniani aut Hesychii auctoribus facili opera segregantur.

Quodsi Diogenianus peculiarem *ἐπικλήσεων* auctorem usurpavit, quaerendum, num quid de huius libri indole e glossis Hesychianis possit erui. Atque illud imprimis conspicuum est Diogenianum non unius hominis doctrinam certam ac sibi constantem referre, sed e collectione *ἐπικλήσεων* hausisse. Nam quisquis primus illas glossas composuit, is, cum ad omnes Graeciae regiones pervagaretur, debebat permultos varii generis libros adire, neque potuit aliter agere, quamcumque rationem sequebatur. Atque quamquam Hesychius, ut nunc est laceratus et decurtatus, paucissimos auctores nominat, tamen documento est imprimis multitudo locorum, urbium gentium insularum provinciarum, quae in hoc genere glossarum adferuntur; atque ut lucidum fiat, quam alte repetenda fuerit haec doctrina, tabulam locorum proponam, in qua ea nomina litteris inclinatis imprimenda curavi, quae etiam alios apud scriptores inveniuntur. Nominantur autem *Abdera* (*Ἐπιπυργῖτις*), Achaei (*Παγασίτης*), *Arcades*, *Argi*, *Athenae*, *Boeotia*, *Caria* (*Ἐλευθέριος*), Chalcedo (*Ἐλεήμων*), Chalcis (*Παλληνίς*), *Chius*, Cnosii (*Ἄνθεια*), *Corinthus*, Coronea (*Ἐναίσιμος*), Cos (*Ἐπικιχράδας*), *Creta*, *Cyprus*, *Cyrene*, *Delphi* (*Εὔυπνος*), Dodona (*Τμάριος*), Dorienses (*Ἑλωός*), Edessa, Eleutherae, Euboea (*Ἐπιθαλαμίτης*), Gortyn (*Ἑκατόμβαιος*), *Halicarnassus*, Heraclea (*Παμπανον*), Jones, *Lacones*, *Lesbus*, *Lycii* (*Ἐρεθύμιος*), Macedones (*Ἄρωτος*), *Messene* (*Ἐλεία*), Metapontii (*Εὔκολος*), *Miletus*, Paeones (*Δύαλος*), *Pamphylii* (*Ἀήδων*), Parii (*Πασπάριος*), Plataeae, *Rhodus*, Salamis (*Ἐπικοίνιος*), *Samus*, Scarphea (*Εὐρυόδεια*), Seleucia (*Κεραύνιος*), *Sicilia*, *Sicyo*, Sido (*Θαλάσσιος*), Siphnus, *Sparta*, *Syracusae*, Tarentini, *Telphusii* (*ἐ Λουσία*), *Thebae*, Thessali (*Παγασίτης*), *Thurii* (*Ἐπιβουλεύς*), Trapezus (*Παλλάντιος*). Qua in tabula id animadvertendum est nullum cultum barbarum aut Romanum apparere, sed omnes glossas intra deorum graecorum *ἐπικλήσεις* contineri; nam eae quoque *ἐπικλήσεις*, quae apud Edessaeos, Seleuciae,[1]

[1]) Itaque vera est opinio Wilamowitzii, qui Hes. glossam s. v. Κεραύνιος non ad Seleuciam Babyloniam, sed ad Seleuciam Syriam ad mare sitam spectare arbitratur.

Sidone in usu fuisse referuntur, ad Graecorum religionem pertinent; ea autem Hesychii lemmata, quibus barbarorum sacra explicantur, velut s. v. *Ἀδά* [1]), *Σαλαμβώ*, alia, non *ἐπικλήσεις*, sed nomina deorum proponunt. — Accedit, quod sex auctores, quos Hesychius nominatim affert, genere inter se diversi sunt; nominat enim *Antimachum* poetam (*Ζειροφόρος*), *Apollodorum* philosophum et grammaticum (*Ἀγρεύς*), *Homerum* epicum (*Ἵππιος*), Gorgonem, qui de sacris Rhodiorum scripsit (*Ἐπιπολιαῖος*) *Theopompum* historicum (*Δονάκταν*). His e Photio addendi sunt Aristophanes Thebanus, Ister Callimachius, Crates Mallota, Socrates Cous. [2]) Ac Photii potissimum e glossis cognoscimus de eodem cognomine saepe complurium auctorum sententias referri: ad Apollinem certe *Κύννειον* explicandum duos attulit, duos de Jove Homoloio. Etiam apud Hesychium s. v. *Ἵππιος* primum a physicis (*φυσικῶς*) adfertur Homeri testimonium, cui mythographorum opiniones opponuntur. Paene eadem est ratio earum glossarum, quibus Hesychius scriptorum nomina non apponit, sed alia ratione diversas sententias significat; velut s. v. *Ἱπποδέτης· Ἡρακλῆς ὁ ἐν Ὀγχηστῷ τιμώμενος· οἱ δὲ ἐν Θήβαις*, aut s. v. *Καλλίστη* . . . . . . *καὶ ἡ ἐν τῷ Κεραμεικῷ ἱδρυμένη Ἑκάτη, ἣν ἔνιοι Ἄρτεμιν λέγουσιν*; aut s. v. *Πολύβοια· θεός τις, ὑπ' ἐνίων μὲν Ἄρτεμις, ὑπὸ δὲ ἄλλων Κόρη*; aut s. v. *Φεραία· Ἀθήνησι ξενικὴ θεός· οἱ δὲ τὴν Ἑκάτην*, aut s. v. *Φυτάλμιος· Ζεύς. συγγενὴς ἢ ζωογόνος*. Nonnullis autem *ἐπικλήσεσι* praeter nomina deorum et templorum locos explicationes adduntur; atque in his quoque diversissimas interpretandi rationes cognoscimus; aliae enim a fabulis repetuntur (cf. s. vv. *Ἀκρία, Αὐξίδημος, Ἑκάλειος, Ἵππιος, Κάρνειος, Κύννειος, Ὁμολώϊος*, aliarum vis ac notio explanatur (ut s. vv. *Ἀκρία, Ἱκετήσιος, Ἴμψιος, Ὑεύς, Φυτάλμιος*), aliae *ἀπὸ τόπου* derivantur (cf. s. vv. *Γυγᾶ, Θυμβραῖος, Παγασίτης, Σελλασία*), de aliis philosophorum doctrina citatur (s. v. *Ἵππιος*), aliorum veriloquia exponuntur (s. vv. *Ἀζησία, Ἀναξιδώρα, Ἀνησιδώρα, Εὐαλωσία, Καραιός, Κύννειος, Λικνίτης, Ὁμολώϊος*). Ergo auctor Diogeniani, quaecumque de quoque cognomine dei cuiusque poterat repperire, videtur compilavisse, et ea quae nunc in Hesychio temporum iniuria raro inveniuntur, olim ad omnes *ἐπικλήσεις* adscripta erant: nomina deorum, cultus templorumque loci, explicationes ac veriloquia, *αἴτια* a fabulis repetita aut ex historicis desumpta, nomina testium.

Quo vero ordine *ἐπικλήσεις* apud Diogeniani auctorem se exceperint, quamquam perspicere non licet, tamen id certum est, eum,

---

[1]) De hac glossa cf. Useneri de historia religionum disquisitiones (I p. 34, 18).
[2]) Vide Toepfferi genealogiam atticam (p. 303).

quisquis fuit, elementorum seriem non respexisse. Nam nonnullae glossae inveniuntur, in quibus ordo literarum in corruptelis nititur; velut Ceres *Λουσία* in literam *E* aberravit (s. v. *ἐλουσία*, Ceres *Μυσία* in litteram *A* (s. v. *Ἀμφιμυσίων*) Bacchus *Δύαλος* in eandem litteram *A* (s. v. *Ἄυαλος*), Martis cognomen *Ἐννάλιος* corruptum ad *Ναυαλεῖ* in litteram *N* migravit.[1]) Etiam intra fines eiusdem litterae interdum peccatur; quibus e mendis ea, quae in itacismo, qui dicitur, aut aliis levioribus in erroribus posita sunt, nihil ad rem. Sed corrupta est Bacchi cognomen: *Ἐλυγεύς· Διόνυσος ἐν Σάμῳ*; verum est dudum repertum *Ἐλελεύς;* tamen glossa nunc collocata est inter eas voces, quae a litteris *ἐλιγ* incipiunt. Bacchus *Ἐλευθερεύς* Hesychio falso audit *Ἐλευθερός;* itaque inter voces *ἐλεύθερον* et *ἐλευθεροστομῶ* locum habet. Rem vero conficit una glossa, s. v. *Ἀφαία*, cuius emendatio a Meursio proposita vera ac certa est et confirmatur schol. Nicandri Al. 618: *Ἀφαία καὶ* (*ἢ* cod.) *Δίκτυννα· ἡ* (*καὶ* cod.) *Ἄρτεμις.* Nam non *Ἀφαία* est Dictynnae cognomen, sed et *Ἀφαία* et *Δίκτυννα* Dianae *ἐπικλήσεις* sunt. Itaque eodem loco a Diogeniani auctore duo epitheta Dianae tractabantur, quorum alterum ad litteram *A*, alterum ad litteram *Δ* pertinet.

---

[1]) Etiam Minerva *Αἴθυια* ad litteram *E* aberravit; sed hanc glossam esse scholion poetae alicuius lemma docet: *ἐν δ' Αἴθυια*

III

De Athenaeo

3

Jam vero paullo altius adsurgamus pergamusque ad Athenaeum, qui non saepe, sed uberrime de deorum cognominibus narrat.

Proficiscendum est a libro tertio decimo. Praedicaverat amorem Myrtilus, cui Cynulcus adversatur. Atque inde a p. 567 sermonem instituit de meretricibus, quarum de vita multis comicorum locis allatis agit; deinde pergit 568 d ad lupanaria, quae quomodo instituta fuerint nonnulli Eubuli Xenarchique loci docent. Et haec quidem inter se cohaerere in manifesto est neque opus est disputatione. Ne id quidem mirum est quod statim sequitur, 569 d: *καὶ Φιλήμων δ' ἐν Ἀδελφοῖς προϊστορῶν ὅτι πρῶτος Σόλων διὰ τὴν τῶν νέων ἀκμὴν ἔστησεν ἐπὶ οἰκημάτων γύναια πριάμενος:* ita qui loquitur, eum versus Philemonis allaturum, et si attulit, sine ulla intercapedine appositurum esse confidimus. Sed quid noster? pergit sic: *καθὰ καὶ Νίκανδρος ὁ Κολοφώνιος ἱστορεῖ ἐν τρίτῳ Κολοφωνιακῶν φάσκων αὐτὸν καὶ Πανδήμου Ἀφροδίτης ἱερὸν πρῶτον ἱδρύσασθαι ἀφ' ὧν ἠργυρίσαντο αἱ προστᾶσαι τῶν οἰκημάτων.* His nexum interrumpi ostendere non opus est, ac si quis dubitet, legat, quae illa excipiunt: *ἀλλ' ὅ γε Φιλήμων οὕτως φησί· σὺ δ' εἰς ἅπαντας εὗρες ἀνθρώπους κτλ:* non modo laudat versus, sed particulis *ἀλλ' ὅ γε* ipse sermonem interruptum indicat; et quae interposuit, ea prorsus aliena sunt a proximis: nam hausta sunt non e comicis, sed e Nicandri Colophoniacis neque de lupanaribus quidquam novi proferunt, sed qua de causa Athenis templum Veneris *Πανδήμου* conditum sit.

Addit nonnulla Cynulcus adversus Myrtilum de Aspasia et de Laide, sed paullo post Myrtilus ad dicendum aggreditur seque ita defendit, ut non de meretricibus, sed de amicis se locutum esse commoneat et cum convivarum more orationem nonnullis luminibus e Callimacho, Ephippo, Aristagora petitis exornaverit, vocis *ἑταίρα* diversas esse significationes demonstrare conetur: 571 c *ἀλλὰ περὶ τῶν ὄντως ἑταιρῶν τὸν λόγον πεποίημαι τουτέστι τῶν φιλίαν ἄδολον συντηρεῖν δυναμένων,*

ἃς οὐδὲ (οὐ cod.) Κύνουλκος τολμᾷ λοιδορεῖν, μόνας γε (τε cod.; corr. Schweighaeuser) τῶν ἄλλων γυναικῶν τῷ τῆς φιλίας ὀνόματι προσηγορευμένας. Expositurus igitur est et vocabuli ἑταίρα sententiam duplicem esse et amicas recte ἑταίρας vocari; et exponit postea. Sed antequam ad novam hanc quaestionem perducamur, in nonnulla incidimus, quibus orationem divelli animadvertimus. Legas enim, quomodo Myrtilus pergat: ἢ ἀπὸ τῆς παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις καλουμένης Ἑταίρας [τῆς] Ἀφροδίτης. περὶ ἧς φησιν ὁ Ἀθηναῖος Ἀπολλόδωρος ἐν τοῖς περὶ θεῶν οὕτως· Ἑταίραν δὲ τὴν Ἀφροδίτην τὴν τοὺς ἑταίρους καὶ τὰς ἑταίρας συνάγουσαν τοῦτο δ' ἐστὶ φίλας. Particula ἢ ante ἀπὸ posita colligimus, veriloquium vocis ἑταίρας antecessisse; at non antecessit. Veriloquium autem illud, quo nomen ἑταίρα ab Atheniensium Venere Vulgivaga repetitur, ut est per se ineptum, ita et inventum et appositum est, ut aliqua ratione Apollodori locus adnectatur. Qui ipse nihil ad meretrices, sed quae sit Veneris cognominis significatio, breviter docet. Sed multus sum in re aperta: aliunde enim Athenaeus inseruit, quae de Venere Meretrice legerat. Verum ne hic quidem in obscuro est, qua re commotus Athenaeus Apollodori fragmentum farragini versuum e comicis repetitorum inseruerit. Nam Apollodorus, ut suam ἐπικλήσεως explicationem stabiliat, haec addit: καλοῦσι γοῦν καὶ αἱ ἐλεύθεραι γυναῖκες ἔτι καὶ νῦν καὶ αἱ παρθένοι τὰς συνήθεις καὶ φίλας ἑταίρας ὡς ἡ Σαπφώ· τάδε νῦν ἑταίραις ταῖς ἐμαῖς τερπνὰ καλῶς ἀείσω· καὶ ἔτι· Λατὼ καὶ Νιόβα μάλα μὲν φίλαι ἦσαν ἑταῖραι. Quem locum Apollodori esse, non Athenaei, quia eo dempto verba τοῦτο δ' ἐστι φίλας non intellegantur, U. de Wilamowitz me monet. His autem in verbis inerat ea, quam Myrtilus et Athenaeus postulabant, vocabuli ἑταίρας explicatio. Qua prolata Myrtilus ad comicos reversus pergit disputare et duplex esse genus nomenque ἑταίρας denuo demonstrat, cum nonnullis comicorum locis, Menandri Ephippi Eubuli Antiphanis Anaxilae, earum vitam ita illustret, ut horum versus ad illud discrimen videantur spectare (cf. imprimis Menandrum, Anaxilam, Antiphanem p. 572 a. b.). Huc quae faciunt optime cohaerent neque ordo sententiarum verborumque nexus potest vituperari. Omnis autem orationis perpetuitas evanescit, simulac pathicorum mentio facta est (572 c). Ac statim cognoscimus, inde ab hoc loco Athenaeum versari in scribendi genere longe alio. Antea enim rem sic instituerat, ut, quidquid gerebat, quasi filo continuo conecteret; nunc nihil iam nisi doctrinae et eruditionis documenta coacervat et auget locosque locis cumulat, neque ulla inter eos intercedit ratio aut adfinitas, nisi quod omnium argumentum meretrices sunt, de quibus videtur congessisse quidquid ubique poterat invenire. Ne id quidem abhorrere ab Athenaeo notum est. Affert igitur de

catamitis Antiphanis, Ephippi, Aeschinis oratoris verba, his adicit duos Philetaeri versus, quos ideo videtur apposuisse, ut ea quae sequuntur aliquo modo adornarentur. Transit enim ad enumeranda templa Jovi **Ἑταιρείῳ** et Veneri **Πόρνῃ** dedicata; quae excipiuntur fabula, quae de Gyge e Clearchi eroticis excerpitur; exscripsit denique sententiam quandam quam dixit Demosthenes de meretricibus, paelicibus, uxoribus. Inter haec eminet locus ille de Jove Hetaereo. Quae **ἐπίκλησις** cum nullo pacto cum meretricibus conferri possit, sed ab Jasonis comitibus derivetur, locus alienum a proximis se esse ipse indicat. Tamen ad nostram quaestionem non pertinet, quia Hegesander, cuius commentarios Athenaeus describit, non solum de Jovis **Ἑταιρείου** cognomine loquitur, sed praecipue id agit, ut origo hetaerideorum Macedonicorum adumbretur. Ea autem, quae post Hegesandrum de Veneris epithetis **Πόρνης** et **Ἑταίρας** leguntur, non ad modum nexum rerum perturbant, non quo cohaereant, sed quia certus ordo non adest. Ac potest explicari, cur hoc maxime loco collocentur: nam cum Venus **Ἑταίρας** cognomen unde acceperit, fabulis variis narrent, de meretricibus sermo esse non desinit. Nihilominus, ut totus locus e variis scriptoribus conflatus argumenti aequitate praeclare continetur, ita a reliquo capite differt, quod haec qui collegit, non eo tendit, ut de meretricibus nonnulla componat, sed ut Veneris **ἐπικλήσεις** enumeret et unde ortae sint enarret: haec est summa rei, non scortorum vita. Itaque hic quoque locus per se stat. Ac primum e Neanthis mythicis refert, qua de causa Abydi templum Veneris **Πόρνης** conditum sit, item Alexidis annales Samios secutus **αἴτιον** exponit templi Sami Veneri **ἐν ἕλει** dedicati, Ephesi quoque esse delubrum Veneris **Ἑταίρας** Eualce teste adfirmat. Haec excerpta cui debeat, Athenaeus ipse indicat, cum Pamphilum in initio nominatim afferat (572 e).

Atque haec quidem hactenus; luculentis enim exemplis demonstratum est, Athenaeum **ἐπικλήσεων** excerpta hic illic ita agglutinare, ut ea aliunde hausta esse ac proxima patefiat. Ita cum fundamentum iecerimus, restat ut reliquos eiusdem generis locos deinceps perquiramus [1]).

Proficiscor a loco qui legitur I 30 a/b in medio de vinis capite. Quorum multa genera nominatim recensentur. Sed series vinorum in-

---

[1]) Mitto omnes locos quibus *ἐπικλήσεις* non sua ipsarum causa commemorantur: cf. ex. gr. XIII 589 b (Venerem **Ἀνοσίαν**, e Polemone Laidis causa allatam): et XIII 595 c, ubi de Veneris **Πυθιονίκης** cognomine nec Athenaeus nec Theopompus propter epitheton loquitur. Neque Apollo Pythius Ephesiorum aut Bacchus **Ὀρθός** (II 38 d = V 179 e) nec Bacchus **Λιμναῖος** aut veriloquia eorum Bacchi epithetorum, quae inveniuntur VIII 363 b, *ἐπικλήσεων* causa adferuntur.

terrumpitur, cum I 29 f fabula illa de Themistocle a rege Persarum Lampsaco Magnesia aliis urbibus donato narretur. Quae fabula movet Athenaeum, ut simillimam Cyri regis largitionem ex Agathocle Babylonio exscribat; deinde urbe Lampsaco commemorata adducitur, ut haec adnotet: *τιμᾶται δὲ παρὰ Λαμψακηνοῖς ὁ Πρίηπος ὁ αὐτὸς ὢν τῷ Διονύσῳ ἐξ ἐπιθέτου καλούμενος οὕτως, ὡς Θρίαμβος καὶ Διθύραμβος.* Tum pergit vinorum notas enumerare. Verba illa, quae facit de Baccho Priapo, nullo pacto cum iis quae praecedunt aut cum iis quae sequuntur cohaerere quivis cognoscit; et quid affigendi ansam dederit, in propatulo est.

Sequitur deinceps Minerva *Κολοκασία*, commemorata sub initium libri tertii, p. 72 a. Ibi versamur in iis operis partibus, quae lexicorum more disponuntur. Ac primum tractatur vox *κιβώρια*, cuius variae potestates exponuntur. Nam post lemma statim nonnulli versus Nicandri afferuntur, ut fabam Aegyptiam voce *κιβώριον* significari ostendatur. Quorum ultimus hic est: *ῥίζας δ' ἐν θοίνῃσιν ἀφεψήσας προτίθημι.* Deinde sic pergit: *ῥίζας δὲ λέγει Νίκανδρος τὰ ὑπ' Ἀλεξανδρέων κολοκάσια καλούμενα, ὡς ὁ αὐτός· κυάμου λέψας κολοκάσιον ἐντμήξας τε.* Haec iam paullulum a ciboriis deflectunt, tamen re vera optime ad antecedentia adnectuntur. At non cohaerent, quae illa excipiunt: *ἐστὶ δὲ ἐν Σικυῶνι Κολοκασίας Ἀθηνᾶς ἱερόν.* Haec nihil ad fabam eiusque radices, nihil ad vocem *κιβώρια.* Immo, quantopere ordo interrumpatur, eo maxime patefit, quod oratio iterum redit ad explicandum vocabulum *κιβώρια: ἔστι δὲ καὶ κιβώριον εἶδος ποτηρίου κτλ.* Ergo ne ea quidem quae proxime sequuntur a re proposita abhorrent, Minervae *Κολοκασίας* nulla est cum ceteris ratio. Immo is qui haec composuit eruditionis coacervandae studio adeo abreptus est, ut quod unius verbi aequabilitate simile videretur, ceteris assueret per se alienis.

Pergimus ad eiusdem libri locum alterum qui extat in p. 78. Ibi de ficis sermo instituitur atque ita quidem, ut inde a p. 74 e varia genera (*γένη πλείονα*) ficorum enumerentur. Haec enumeratio, quam non est cur persequamur, finitur p. 78 a, ubi novum capitulum incipit, quod est *περὶ τῆς προσηγορίας τῶν σύκων*, de origine nominis. Primum igitur Trypho Androtione auctore vocem *σῦκον* a Syceo gigante, deinde Pherenicus Heracleotes a Syca Oxyli filia derivant. Inde Athenaeus hoc modo pergit: *Σωσίβιος δ' ὁ Λάκων ἀποδεικνὺς εὕρημα Διονύσου τὴν συκῆν διὰ τοῦτό φησι καὶ Λακεδαιμονίους Συκίτην Διόνυσον τιμᾶν. Νάξιοι δὲ ὡς Ἄνδρισκος, ἔτι δὲ Ἀγλαοσθένης ἱστοροῦσι, Μειλίχιον καλεῖσθαι τὸν Διόνυσον διὰ τὴν τοῦ συκίνου καρποῦ παράδοσιν. διὸ καὶ τὸ πρόσωπον τοῦ θεοῦ παρὰ τοῖς Ναξίοις τὸ μὲν τοῦ Βακχέως Διονύσου*

καλουμένου εἶναι ἀμπέλινον, τὸ δὲ τοῦ Μειλιχίου σύκινον· τὰ γὰρ σῦκα μείλιχα καλεῖσθαι. Etiam haec ad ficos aliqua ratione respicere sane concedo. At quid illa cum ficorum denominatione antea explicata? aut quid ad ficorum utilitatem quae infra exponitur (p. 78 d ss)? Quid omnino Bacchi cognominum explicatio cum capite toto lexicorum more instituto? Nonne quae exscripsi per se prorsus aliena sunt hoc loco? Neque enim verba Aglaosthenis ultima *τὰ γὰρ σῦκα μείλιχα καλεῖσθαι* vereor ne quis mihi obvertat. Attamen locus aliquo modo cum reliquis coniungitur: antea enim dictum erat, unde ficus nomen acceperit, nunc epitheta, quamquam ad quaestionem quae est de nominis origine nihil faciunt, adnectuntur, quia primum eorum a fici inventione deducitur. Itaque rursus adduntur, quae ut addantur natura rerum tractatarum non postulat, sed similitudinis species suadere videtur.

Duplicem nunc locum adgredimur:

III 109 a	X 416 b
οὐ τούτου οὖν τοῦ Ἄρτου ὁ νῦν καιρὸς ἦν, ἀλλὰ τῶν εὑρημένων. ὑπὸ τῆς Σιτοῦς καλουμένης Δήμητρος καὶ Ἱμαλίδος (Σιμαλίδος cod.; corr. Schweighaeuser), *οὕτως γὰρ ἡ θεὸς παρὰ Συρακοσίοις τιμᾶται, ὡς ὁ* (ὁ add. Schw.) *αὐτὸς Πολέμων ἱστορεῖ ἐν τῷ περὶ τοῦ Μορύχου. ἐν δὲ τῷ ά τῶν πρὸς Τίμαιον ἐν Σκώλῳ φησὶ τῷ Βοιωτιακῷ Μεγαλάρτου καὶ Μεγαλομάζου ἀγάλματα ἱδρῦσθαι.*	*Πολέμων δὲ ἐν ά τῶν πρὸς Τίμαιον παρὰ Σικελιώταις φησὶν Ἀδηφαγίας ἱερὸν εἶναι καὶ Σιτοῦς Δήμητρος ἄγαλμα, οὗ πλησίον ἱδρῦσθαι καὶ Ἱμαλίδος, καθάπερ ἐν Δελφοῖς † ερμούχου †, ἐν δὲ Σκώλῳ τῷ Βοιωτιακῷ Μεγαλάρτου καὶ Μεγαλομάζου.*

Locum re vera unum esse non opus est argumentis demonstrare; in tertio libro cum non omnia exscriberet, Athenaeus in auctore nominando diligentior fuit, Cererem *Ἀδηφαγίαν* addidit in decimo. Id autem in propatulo est, in libro decimo certe locum cum proximis male cohaerere: ibi enim de hominibus voracibus res est quorum magnus numerus nominatur. Inter hos medios — Erysichtho antea commemoratus erat — positum est illud e Polemone excerptum: atque apta videtur esse posse, non est Cereris *Ἀδηφαγίας* commemoratio, quam ineptissime reliqua Cereris epitheta adduntur. Verum ne tertii quidem libri locus est ita comparatus, ut bene omnia procedere concedamus. Sed paulo aliter se habet atque alter. Etenim est non in continua disputatione, sed in medio convivarum sermone; nam

ut a piscibus transiretur ad panem, Cynulcus ubicumque postulavit, eruditionem reconditam ut solet incipit venditare his: *ἄρτου δεῖ καὶ οὐ τοῦ Μεσσαπίων βασιλέως λέγω τοῦ ἐν Ἰαπυγίᾳ*, neque cunctatur de hoc Arto nonnulla conferre e Polemone, Thucydide, Demetrio comico. Deinde ita pergit: *οὐ τούτου οὖν τοῦ Ἄρτου ὁ νῦν καιρὸς ἦν, ἀλλὰ τῶν εὑρημένων ὑπὸ τῆς Σιτοῦς καλουμένης Δήμητρος κτλ.* Tum demum panes inferuntur, de quibus lexicorum more agere instituunt. Jam, quamquam continuus sententiarum aut rerum ordo vix adest neque quidquam nisi aliqua cum doctrina et multo cum labore transitus paratur, tamen ne hic quidem ab omni parte apte videntur inseri, quae de Cereris epithetis proferuntur. Nam sine offensione ulla ferremus, si diceret Cynulcus *οὐ τούτου οὖν τοῦ Ἄρτου ὁ νῦν καιρός, ἀλλὰ τῶν εὑρημένων ὑπὸ τῆς Δήμητρος.* Sed cognomina illa nonne prorsus supervacanea sunt? ecquid ad rem propositam, ad panes, valent? *Ἀδηφαγίαν* Cererem Athenaeus hoc loco suppressit, sed reliqua epitheta num aptius cum panis inventione coniunguntur? E quibus *Μεγαλάρτου* cognomen nominis saltem aequitate paullulum commendatur, cetera ne hac quidem a parte nec ab ulla alia cohaerent. Hic quoque Athenaeus, ut litterulas suas ostentaret, cum transitum efficere studeret, locum attulit, quem alicubi invenerat, nec satis apte assuit totum, cuius magna pars a proposito aliena erat.

Venimus ad adulatores, quos libro sexto Athenaeus perstringit, inde a p. 248 d. Proficiscitur autem Democritus — is enim loquitur — a parasitis, de quibus antea molem doctrinae Plutarchus congesserat. Quorum indolem ut illustret, alia de aliis narrat e multis historicis excerpta, e Satyro peripatetico, Lynceo Samio, Hegesandro, Nicolao Damasceno, Theopompo, Duride, Timaeo, Aristobulo, (Timone), Phylarcho, Euphanto, Polybio, Batone Sinopensi, Agatharchide, Xenophonte, (Callimacho), Hermippo, Posidonio, Demochare (252 f. 253 a. b). Haec omnia praeter duos poetas per occasionem immixtos ab historicis repetita sunt. Substiti autem ad Democharem, quia inde videtur novum ac peculiare capitulum incipere. Quod ita exorditur: *διαβόητος δὲ ἐγένετο ἐπὶ κολακείᾳ καὶ ὁ τῶν Ἀθηναίων δῆμος.* Itaque necesse est sequi de Atheniensibus nonnulla. Et sequuntur; primum Demochares de Atheniensium adversus Demetrium adulatione, deinde de eadem Duris et Alexis, post Theopompus Atheniensium vile genus perstringens, item Anaxilas, Plato; deflectit paullulum oratio p. 254 d ad Argivos et Thessalos, de quibus Theophrastus et Theopompus, redit ad Athenienses Lemni habitantes p. 255 a, quorum adulationem Phylarchus vituperat. Demochares igitur p. 253 a rettulit Athenienses Leaenae et Lamiae Demetrii scortis eiusque familiaribus Buricho, Adimanto,

Oxythemidi sacra instituisse et eorum in honorem paeanas cantavisse. Deinde Athenaeus ita pergit: *καὶ Θηβαῖοι δὲ κολακεύοντες τὸν Δημήτριον, ὥς φησι Πολέμων ἐν τῷ περὶ τῆς ποικίλης στοᾶς τῆς ἐν Σικυῶνι, ἱδρύσαντο ναὸν Ἀφροδίτης Λαμίας· ἐρωμένη δὲ ἦν αὕτη τοῦ Δημητρίου καθάπερ ἡ Λέαινα.* Quid Thebani inter medios Athenienses? Quid Polemo periegeta inter tot historicos? Qui cum ipse nihil agat nisi ut describat et commentetur quae viderit, ab Athenaeo ad Athenienses castigandos adhibetur, quod consilium a Polemone prorsus alienum est. Rursus ordo rerum turbari videtur. Ac ne quis dubitet, Demochares post Polemonem iterum laudatur. Cuius verba his praemissis adferuntur: *τί οὖν παράδοξον οἱ Ἀθηναῖοι οἱ* (*οἱ* add. Coraes) *τῶν κολάκων κόλακες ἐποίησαν* [*οἱ* del. Coraes] *εἰς αὐτὸν τὸν Δημήτριον παιᾶνας καὶ προσόδια ᾄδοντες.* Quid? si dicitur, Athenienses in ipsum Demetrium paeanas cantavisse, nonne necesse est, eosdem Athenienses hunc honorem aliis quoque adtribuisse antea narratum esse? Narratum est, sed non a Polemone, sed a Demochare 253 a *τούτων ἑκάστῳ καὶ παιᾶνες ᾔδοντο.* Ad hunc igitur arte se adplicant verba Athenaei *τί οὖν κτλ.... ᾄδοντες*; particula certe *οὖν* ad verba Democharis, non Polemonis refertur. Praeterea si opus erat explanare, quae fuerit Lamia, cur non explanavit, cum primum eam commemoraret? Tamen cum dicantur Athenienses *οἱ τῶν κολάκων κόλακες*, Thebanos respici animadvertimus, cognoscimusque Athenaeum saltem studere Polemonem cum Democharis loco aliqua ratione coniungere. Mihi autem luce videtur clarius esse, hic quoque Polemonis locum aliunde historicorum excerptis inseri sive per Athenaeum sive per eius auctorem.[1])

Transeo ad librum octavum, in quo amplissimus ille catalogus inest *ὀψοφάγων.* Qui finitur p. 345 e. Sequuntur de vocibus *ὀψοφάγος* et *ὀψοφαγεῖν* tria exempla e comicis petita, quorum ultimum verba *ὀψοφάγου* alicuius ipsius sunt, quem Macho loquentem induxerat. Deinde haec: 346 b *πρὸς τούτοις τοῖς ὀψοφάγοις, ἄνδρες ἑταῖροι, οἶδα καὶ τὸν παρ' Ἠλείοις τιμώμενον ὀψοφάγον Ἀπόλλωνα, μνημονεύει δὲ αὐτοῦ Πολέμων ἐν τῇ πρὸς Ἄτταλον ἐπιστολῇ.* Ac primum sequitur eum locum qui est de vocis *ὀψοφάγου* usu alienum esse hic, nam

---

[1]) p. 255 c Athenaeus ordine leviter turbato inserit haec: *τῶν δὲ Δημητρίου τοῦ βασιλέως κολάκων οἱ περὶ Ἀδείμαντον τὸν Λαμψακηνὸν νεὼν κατασκευασάμενοι καὶ ἀγάλματα ἱδρυσάμενοι Θριῆσιν ὠνόμασαν Φίλας Ἀφροδίτης καὶ τὸν τόπον Φιλαῖον ἐκάλεσαν ἀπὸ τῆς Δημητρίου Φίλας, ὥς φησιν Διονύσιος ὁ τοῦ Τρύφωνος ἐν τῷ δεκάτῳ περὶ ὀνομάτων.* Hic locus, cum in fronte non Venerem ponat, sed etiam unde locus nomen *Φιλαῖον* acceperit explicaturus sit, inter *ἐπικλήσεις* referendus non est. Dionysius autem homo grammaticus ea quae narrat ex historico aliquo hauserit.

verba πρὸς τούτοις τοῖς ὀψοφάγοις ad catalogum praecedentem spectant. Tamen ad hunc Apollo Ὀψοφάγος non magis pertinet quam Ceres Ἀδηφαγία ad ἀδηφάγους, quia deus, cui illud cognomen inditum est, nullo pacto in numero eorum haberi potest, qui opsonio vesci dicuntur et eam ob rem plerumque perstringuntur. Itaque hic quoque ad magnam et continuam operis partem aliquid admiscetur, quod aliunde sumptum est: etiam qui sequitur Demetrii Scepsii locus ad ὀψοφάγων catalogum non facit.

Paucis absolvam locum quendam libri undecimi p. 460 b. Ibi de poculis caput Athenaeus a voce ποτήριον incipit. Quae a quo primum adhibita, unde dicta sit, exponitur, et exempla e variis poetis adferuntur, neque in obscuro est lexicon hic exscribi. Ultimos autem post versus Sapphus et Alcaei scripta sunt haec: 460 d τιμᾶται δὲ καὶ ἐν Ἀχαΐᾳ Δημήτηρ ποτηριοφόρος κατὰ τὴν Ἀνθέων χώραν, ὡς Αὐτοκράτης ἱστορεῖ ἐν δευτέρῳ Ἀχαϊκῶν. Deinde ad varia poculorum genera sermo transfertur. Itaque cum cetera omnia ad usum et vim vocis ποτήριον spectent, illud unum quod de Cerere legitur ab hac materia alienum est. Occasionem autem adnectendi Athenaeus denuo a vocis aequitate adeptus est.

Sequitur fabula quae de Venere Callipygo in libro XII p. 554 c extat. Quo libro de luxuria (περὶ τρυφῆς) praecipue agi notum est, ac sub finem libri multa magnaque de unguentis excerpta occurrunt. Ad eandem luxuriam revocanda est quaestio e Clearcho excerpta διὰ τί μετὰ χεῖρας ἄνθη καὶ μῆλα καὶ τὰ τοιαῦτα φέρομεν; confer imprimis verba, quae sunt p. 554 c οἷον ἐκ τρυφῶν τε κτλ. Sed pergitur οὕτω δὲ ἐξήρτηντο τῶν ἡδυπαθειῶν οἱ τότε ὡς καὶ Καλλιπύγου Ἀφροδίτης ἱερὸν ἱδρύσασθαι ἀπὸ τοιαύτης αἰτίας. Jam miramur: nam quae est ἡδυπάθεια in condendo templo Veneris Καλλιπύγου, quae luxuria? Multo magis miramur, si fabellam ipsam legimus. Nam illud inde certum evadit, qui illud templum Syracusis conderent, eos non propter luxuriam Veneri Καλλιπύγῳ dedicavisse. Itaque luxuriae exemplo esse non possunt. Accedit quod voculae οἱ τότε non habent quo referantur. Ac si legimus quae illam fabulam excipiunt excerpta ex Heraclidis Pontici libris περὶ ἡδονῆς, luce clarius est, nexum excerptorum eversum esse narratione illa interposita.[1])

Jam pedem sistamus qnaeque enucleavisse nobis videmur, paucis complectamur.

Quaecumque Athenaeus de cognominibus deorum adfert, ea argumento pari inter se coniuncta sunt eandemque indolem ac naturam

---

[1]) De Venere Argynnide (XIII 603 d) infra disputabo.

prae se ferunt omnia, ita autem semper collocantur, ut rerum ordinem propositum interrumpant; nam etiam si non interumpunt, quia nullus ordo adest, certe per se stant. Inde colligimus ea a proximis aliena et aliunde inserta esse. Quae cum ita sint, Athenaeus aut ipse optimos illos auctores legit eorumque testimonia in suum usum convertit, aut librum aliquem adhibuit, quo ἐπικλήσεις collectae erant. Atque unum locum cum se non auctoribus primariis, sed Pamphilo debere testetur (p. 573 a), necessario sequitur, eum ne ceteros quidem ipsum collegisse, sed e Pamphilo sumpsisse. Itaque ad Pamphilum ascendendum est. Quas enim Athenaeus exhibet, eae ἐπικλήσεις non solum in iis operis capitibus occurrunt, quas Pamphili non esse constat: nam catalogos ἀδηφάγων et ὀψοφάγων et excerpta historica librorum sexti et duodecimi si quis Pamphilo vindicat, is certe Athenaeum universum e Pamphilo fluxisse statuat necesse est, id quod per se ridiculum est nec nos quidquam iuvat, quia eadem quaestio in Pamphilum, quae nunc in Athenaeum, instituenda est; verum ἐπικλήσεις etiam iis partibus Athenaei immiscentur, quas Pamphileas esse nemo negat, velut capitulis lexicographicis librorum III et XI, atque ibi quoque ita, ut rerum ordinem turbent. Itaque dubitari videtur posse, utrum Athenaeus an Pamphilus perturbationis auctor sit. Quam si Athenaeus commisit, necessario sequitur aut Pamphili opus ita fuisse dispositum, ut deorum ἐπικλήσεις peculiari capite continerentur aut duos libros Pamphili ab Athenaeo usurpatos esse: nisi enim hac ratione non intellego Athenaeum, cum illas Pamphileis adiungeret, ordinem non servasse; sin autem Pamphilus, statuamus necesse est eum idem scribendi genus secutum vel potius eadem ingenii neglegentia, inertia, tarditate praeditum, quam Athenaei fuisse ex totius operis indole cognoscimus, hic illic aut diversos auctores aut unam ἐπικλήσεων syllogen excerpsisse, ubi luberet. Utrum igitur veri similius? Equidem fateor mihi id unum cogitari posse videri, ἐπικλήσεων explicationes non iam apud auctorem Athenaei ita cum ceteris coniunctas fuisse ut nunc sunt, sed Athenaeum perturbationis auctorem esse. Nam primum supra dixi hunc morem eius per alias res innotuisse; deinde haec sententia eo commendatur, quod ἐπικλήσεις iis quoque admixtae sunt, quae non e Pamphilo fluxerunt, id quod hercle mirum esset, si una cum ceteris Pamphileis deorum epitheta exscripsisset. Sed res ad liquidum perduci potest; nam Athenaeus cum easdem Cereris ἐπικλήσεις bis (III 109 a, X 416 b) poneret, unum Pamphili continuum locum excerpsit, cuius singulas particulas diripere non potuit; et posuit eum non modo in eo capite, quod e Pamphilo non pendet (X 416 b), sed etiam in ea parte, quae nullius est nisi Athenaei ipsius, in convivii

narratione (III 109 a). Ergo ipse Athenaeus ex auctore suo elegit, quae sibi usui viderentur esse. Sic, quae ratio inter Athenaeum eiusque auctorem intercedat, in manifesto est.[1]) Pamphilus autem *ἐπικλήσεις* vix ipse composuit: is enim iure inter compilatores ab omnibus refertur. Id praeterea addendum est, apud Pamphilum *ἐπικλήσεις* non *κατὰ στοιχεῖον* fuisse digestas, sed ad vim ac sententiam; Athenaeus certe Cereris *Ἀδηφαγίας*, *Σιτοῦς*, *Ἱμαλίδος*, *Μεγαλομάζου*, *Μεγαλάρτου* epitheta per se adfinia etiam coniuncta apud Pamphilum invenit; item uno loco Venerem *Ἑταίραν* et *Πόρνην* videtur tractavisse (XIII 572 e, f).

Pamphilus autem quid de deorum epithetis exhibeat, paucis potest depingi. Addit enim *ἐπικλήσεσι* semper locos quibus dii coluntur, plerumque auctorum nomina apponit, saepius etiam aut cognominum vim interpretatur e doctrina philosophorum (Athen. XIII 571 c) et ad dialectos linguae Graecae (III 78 c) aut originem fabulis indicat, unde dii epitheta acceperint, quibus de causis templa condita sint; unum eiusdem deae cognomen compluribus locis extare semel tradit (XIII 572 e, f) idemque cognomen quater explicat. Itaque auctores sunt poetae, historici, periegetae, philosophi; nominantur autem Aglaosthenes (78 c); Alexis Samius (572 f); Andriscus (78 c); *Apollodorus* (571 c), Archelaus (554 d); Autocrates (460 b); Cercidas Megalopolitanus (554 d); Eualces (573 a); Neanthes (572 f); *Nicander* (569 d); *Polemo* (409 a; alias); *Sosibius* (78 b). Urbes insulae gentes hae commemorantur: Abydus; Achaia; *Athenae*, *Boeotia*, *Delphi*, *Elis*, *Ephesus*, *Lampsacus*, *Naxus*, *Samus*, Scolus, *Sicyon*, *Sparta*, *Syracusae*, *Thebae*.

---

[1]) Sequitur Aelianum (v. h. I 27), cum non solum Cereris Σιτοῦς et Ἀδηφαγίας epitheta, sed etiam totum ἀδηφάγων catalogum exscriberet, Athenaeo ipso, non eius auctore hoc saltem loco usum esse. Cf. Athenaei edit. Kaibel. I p. XXXI.

IV

De Clemente Alexandrino

Brevissime dici potest de Clementis Alexandrini Protreptico. Quo in libro duo *ἐπικλήσεων* excerpta inveniuntur continua et simillima, paragraphi 38 et 39 capitis alterius. Haec epitheta deorum Clemens affert, ut demonstret quam absurde ficta Graecorum de dis doctrina, quam impia sit paganorum omnis religio. Itaque eas *ἐπικλήσεις* eligit, quae sibi usui esse possint, haud ita multas, eo autem insignes, quod paene omnibus cultus locus additur, neque interpretatio omittitur, nisi si de vi cognominis dubium esse non potest. Ita sine ullo interpretamento enumerantur Diana *Ἀπαγχομένη* Arcadica, *Κονδυλῖτις* Methymnaea, *Ποδάγρα* Laconica (II 38). Quae autem ad intellegenda epitheta exhibet, ea si non copiosa, at certe talia sunt, ut semper fructum aliquem inde percipiamus; cf. Dianam *Χελῦτιν* II 38 et Bacchum *Χοιροψάλαν* II 39. Praestat vero Clemens Hesychio scholiisque Lycophronis maxime eo, quod in auctoribus nominandis uberior est; nam in excerpto priore (II 38) fons fere semper indicatur, in altero semel unum testimonium advocatur. Atque auctores e numero sumpsit historicorum, periegetarum, poetarum. Nominantur autem *Callimachus*, *Nicander*, *Polemo*, *Sosibius*, Staphylus. Urbes, gentes, regiones ubi di coluntur commemorantur hae: *Argi*, *Arcades*, *Athenae*, *Cyprus*, *Elis*, *Laconica*, Methymna, Roma, *Sicyon*, *Sparta*, *Syracusae*.

His excerptis, quae se e compilatione aliqua hausta esse ipsa indole sua testantur, locus interpositus est unus qui an alio ex fonte provenerit, iure dubitamus, Phanoclis fragmentum, quod est de Venere Argynnide. Hanc enim deam Clemens ita affert, ut *ἐπίκλησιν* omnino non nominet, sed fabulam de Agamemnonis amore et de templo condito e Phanoclis Amoribus petitam narret. Ac pridem U. d. Wilamowitz (commentariol. gramm. II 13) observavit Athenaeum XIII 603 eodem puerorum a diis amatorum catalogo usum esse atque Clementem (protr. II 33); itaque eadem fabula cum apud illum in medio paederastarum indice ita inseratur (XIII 603 d), ut nullo modo a reliquis divelli possit, in aperto est etiam Clementem Phanoclis locum eidem commentario debere. Nam id quoque verum est, quod Ed. Hiller nuper disputavit (in Hermae vol. XXIII, imprimis p. 130), Clementem auctores suos per varias librorum partes dispergere solere. Quem morem ubi cognovimus, iam non miramur nobis loco ab *ἐπικλήσεων* excerptis

(II 38) admodum remoto (II 30) frustulum occurrere eiusdem doctrinae. Ibi enim Philochorum secutus Teni Neptunum fuisse Medicum Clemens narrat. Sed illud caput totum eo tendit, ut patefiat deos Graecos ab hominibus ad ipsorum imagines fictos esse; multos deos eiusdem nominis esse (tres Joves, quinque Minervas, sex Apollines) demonstratum est; iam vero pergit II 29: *ἀλλ' αἵ γε πατρίδες αὐτοὺς καὶ οἱ τάφοι ἀνθρώπους γεγονότας διελέγχουσιν.* Ac patrias quidem varias Marti fuisse docet, cuius de captivitate et de canum asinorumque sacrificiis nonnulla immiscentur. Sequuntur deinceps *αἱ τέχναι καὶ οἱ βίοι,* artes deorum et victus, cum exponatur Vulcanum fuisse fabrum ferrarium. Tum haec: *ἔχεις καὶ ἰατρὸν οὐχὶ χαλκέα μόνον ἐν θεοῖς.* Sic qui incipit, eum duos vel plures deorum medicos enumeraturum esse nego, neque Clemens enumeraturus erat, cum pergeret: *ὁ δὲ ἰατρὸς φιλάργυρος ἦν, Ἀσκληπιὸς ὄνομα αὐτῷ.* Jam de deorum vita actum est, transiturque ad mortes, et ipso ab Aesculapio novum capitulum proficiscitur (II 30); qui primo loco ponitur a Jove fulmine ictus; sequuntur Saturnus in Sicilia sepultus, Dioscuri morti obnoxii, Hercules in Oeta concrematus; atque haec quidem continuo sermone bene cohaerent. Verum quid sibi vult ille post Aesculapii mortem interpositus Neptunus Medicus Teni cultus? Qui fortasse ferri posset, dummodo post Aesculapii medicinam collocatus esset; ferri non potest post Aesculapii mortem. Ab hac disputatione nonne prorsus alienus est? Adde, quod ne cum iis quidem quae proxime sequuntur artius connexus est: *Φιλόχορος δὲ ἐν Τήνῳ Ποσειδῶνά φησι τιμᾶσθαι Ἰατρόν, Κρόνῳ δὲ ἐπικεῖσθαι Σικελίαν καὶ ἐνταῦθα αὐτὸν τετάφθαι.* Non unum, sed duos locos Philochori plane diversos adferri per se patet, quorum alter apte laudatur, alter ordinem turbat. Itaque hunc aliunde a Clemente insertum esse colligo, praesertim cum non in obscuro sit quid ei interpolandi ansam dederit: nempe antea Aesculapii medici mentionem iniecerat, paullo post Philochorum ab auctore quem exscripsit laudatum invenerat. Itaque si quaerimus unde hunc Philochori locum Clemens sumpserit, ultro se offerunt excerpta paragraphorum 38 et 39; nam cavendum est, ne ad IV 47 eum referamus.[1])

[1]) Apollo Σμίνθιος II 39 affertur non propter ἐπίκλησιν, sed ut murium cultus illustretur. Eundem auctorem Clemens expilat, cui Aelianus hist. an. XII 5 debet.

V

De scholiis Lycophronis

Scholiorum Lycophronis memoria non simplex, sed triplex est; nititur enim in scholiis Marcianis (A) a Kinkelio primo protractis, in paraphrasibus P et p a Scheerio editis et in Tzetzae (T) commentario. Itaque quoniam nostrae quaestionis pars aliquanta in scholiis posita est, non ineptum erit, inter hos scholiorum rivulos quae intercedat ratio perquirere, quippe qua non perspecta illis iudicio probo uti vix possimus.

1.

Pauca sufficiunt de Tzetza. Qui quos praeter scholia exscripsit cum commentarium suum amplissimum componeret, eorum librorum ratio habenda non est, quia cum scholiis a nulla parte cohaerent. Ne ipsius quidem T^ae commenta nobis respicienda sunt; solet enim, ubicumque apud nullum auctorem quidquam invenit, ut explicandi cupiditate suae satisfaciat, ipse excogitare quaelibet, ut de aliis rebus, ita de deorum epithetis. Quae omnia absurditate conspicua a reliquis secernere facile erit, ubi primum exempla nonnulla proposuerimus et illustraverimus. Vide enim absurdissima illa, quae ad versus 403 vocem *Καστνίαν*, scilicet Venerem, adscripsit: *Καστνίαν δὲ τὴν ἀδελφοποιόν· τοὺς γὰρ ξένους ἀδελφοὺς καὶ φίλους τὰ ἐρωτικὰ ποιοῦσιν· οἱ γὰρ ἐρῶντες φωραθέντες λέγουσιν· ἀδελφή μου ἢ συγγενής μού ἐστιν*; aut ad v. 832 *Σχοινῆὶς μὲν* (scilicet *Ἀφροδίτη*) *λέγεται, ὅτι ἡ σχοῖνος βοτάνη μασσωμένη τοὺς ὀδόντας μὲν καθαίρει, κινεῖ δὲ καὶ πρὸς τὰ ἀφροδίσια· Ἀρέντα δὲ, ὅτι δύο [ξένους] ἁρμόττει πρὸς μίαν συνάφειαν γαμικήν· Ξένη δὲ, ὅτι* (adde *ξένους*) *φιλοποιεῖ.* Ac sunt loci, quibus falsa cum veris, ficta cum alienis adeo commisceat, ut furta eius detegere difficile sit. Pauca ponam exempla. Ad v. 152 primum adnotat e scholiis mutuatus haec: *Ἐνναία καὶ Ἕρκυννα καὶ Ἐρινὺς ἐπώνυμα Δήμητρος. Καὶ Καλλίμαχος Ἐρινὺν καλεῖ τὴν Δήμητρα λέγων· τὴν μὲν ὅ γ' ἐσπέρμηνεν Ἐρινύϊ Τελφουσαίῃ.* Deinde expilat Et^um M^um p. 374, 2: *καὶ Ἐρινὺς μὲν λέγεται ἢ παρὰ τὸ τὰς ἀρὰς ἀνύειν καὶ πληροῦν ἢ παρὰ τὸ*

4*

ἐν τῇ ἔρᾳ καὶ ἐν τῇ γῇ ναίειν ὡς καὶ τὸ Ἔνναια: ultima (*ὡς καὶ τὸ Ἔνναια*) de suo addit; sequitur Apollodorus III 4, 8, 5 *ἢ ὅτι Ἐρινΰϊ ὁμοιωθεῖσα μίγνυται Ποσειδῶνι καὶ γεννᾷ τὸν Ἀρείονα ἵππον*; tum scholia Iliadis AD XXIII 346 *λέγουσι γὰρ ὅτι Ποσειδῶνος ἐρασθέντος τῆς Δήμητρος αὐτὴ εἰς ἵππον μεταβληθεῖσα καὶ μεταξὺ ἀγέλης ἱππικῆς εἰςφρήσασα*;[1]) finem autem facit, cum haec proponat: *τοὺς ἵππους ἐτάραξε διὰ τὸ ἀθρόον ξένην ἵππον ἐπιστῆναι, ἔφη οὖν ὁ ἱπποφορβός· πόθεν αὕτη ἡ ἐρινύς;* ficta haec sunt, nam absurdius cogitari vix potest illa pastoris interrogatione; tamen ipse num hunc fabellae exitum finxerit, dubito; videtur enim ut alias, ita hic quoque Ptolemaei Chenni Nova Historia usus esse, ubi (p. 186, 7 ss. W) de Cerere in equam mutata nonnulla narrata olim erant. Deinde ad scholia redit: *ἀλλὰ καὶ Ἀρκάδες οὕτως αὐτὴν τιμῶσιν.* Similiter, ut Bacchi epitheta *Ἐνόρχης Φιγαλεὺς Φαυστήριος* explicet, ad v. 212 primum scholia exscribit (p. 481 Muell. = p. 85, 17—26 Kink.), deinde novum veriloquium pronuntiat: *ἢ ὅτι ἐν ὄρχοις καὶ φηγοῖς διῆγεν*; quae explicatio cum non modo duas *ἐπικλήσεις* comprehendat (*Ἐνόρχης, Φιγαλεύς*), sed etiam falsam lectionem alterius classis codicum (C²DE) a Tzetza adhibitae respiciat (1 = AB *Φιγαλεύς*; C²DE *Φηγαλεύς*), ad hunc locum a Tª ipso excogitata sit necesse est. Postremo autem fabulam adiungit obscoenam e scholiis Gregorianis haustam, non ex Alexandrae commentariis veteribus (cf. de Wilamowitzii comment. gramm. II p 15 s.). Paullo aliter tertius locus comparatus est. Versu enim 461 de Hercule Aiacem infantulum bracchiis movente haec cum Lycophro scripsisset: *σκύμνον παρ' ἀγκαλαῖσιν αἴταν* (sic P; *αἴτα* vel *ἀείτα* libri) *βράσας*, vetus scholiasta, qui tertiam scripturam in codicibus non servatam (*αἴτας*) explicabat, annotaverat: *τὸ δ' Ἀίτας ἀντὶ τοῦ ὁ Ἡρακλῆς*; T vero, qui et hoc scholion ante oculos habebat et vocem Laconicam esse *αἴτας* e Theocrito suo compererat, non dubitavit novum Herculis cultum fingere: *Ἀΐτης ὁ Ἡρακλῆς παρὰ Λακεδαιμονίοις.* Audacter autem Tzetza mentitus est, cum ad Venerem *Κωλῶτιν* Cypriorum (Lyc. 67) e scholio Aristoph. Nub. 52 Veneris *Κωλιάδος* explicationem transferret. Haec omnia et, quaecumque his apud Tzetzam extant similia, procul habenda sunt.

Scholiorum autem codice T usus est Marciani adeo simili, ut saepe uterque iisdem ac gravissimis corruptelis inquinatus sit. Tamen quo tempore in Tzetzae recensionem transierunt, scholia Marciano paullo integriora et ampliora fuerunt. Rarissime enim T, sed ita ut

---

[1]) Librariorum fraude interciderunt hoc fere loco verba *κατὰ τὴν Βοιωτίαν*, quae ex scholiis homericis Tzetzam transcripsisse propterea censeo, quia infra sic pergit: *ἀλλὰ καὶ Ἀρκάδες*.

dubitatio non exsistat, nonnulla exhibet, quae nec ab ipso ficta esse possunt nec ad alios auctores referenda sunt. Quorum quae ad *ἐπικλήσεις* pertinent, tam pauca sunt, ut omnia exscribam: 152 *Ἕρκυννα δὲ ἡ Τροφωνίου θυγάτηρ ἐν Λεβαδείᾳ* (*λεβάδῃ* libri) *τῆς Βοιωτίας ἱδρύσατο τὴν θεὸν* (Cererem) *καὶ ἀφ' ἑαυτῆς ὠνόμασεν Ἕρκυνναν.* 522 *Πρόφαντος· ὁ Ποσειδῶν παρὰ Θουρίοις* (scholia *Πρόφαντος δὲ ὁ Ποσειδῶν*) 536 *Δρύμνιος*] *ὁ Ζεύς· Δρύμνιος δὲ παρὰ Παμφυλίοις, Προμανθεὺς παρὰ Θουρίοις· Αἴθιοψ δὲ καὶ Γυράψιος παρὰ Χίοις.* 542 *Κράγος δὲ ὁ Ζεὺς παρὰ Λυκίοις τιμᾶται.* 680 *φαιδρὸς*] *μεταληπτικῶς ἀντὶ τοῦ λευκός· καὶ γὰρ παρὰ Βοιωτοῖς Ἑρμῆς Λευκὸς τιμᾶται· πολεμούμενοι γὰρ Ταναγραῖοι ὑπὸ Ἐρετριέων ἐσφαγίασαν παῖδα καὶ κόρην κατὰ χρησμὸν κἀντεῦθεν ἱδρύσαντο Λευκὸν Ἑρμῆν* (scholiis deest non *ἐπίκλησις*, sed fabella). Haec scholiorum instar habenda sunt, et recte Scheerius, cum Lycophronis verba recenseret, rem ita instituit, ut T et Marcianum A non pro duobus diversis scholiorum corporibus, sed pro unius corporis testibus duobus haberet. Eandem rationem in nostram quaestionem valere in propatulo est.

2.

De paraphrasi maiore P — nam minoris (p), quam Scheerius recentiorem illa esse statuit, nobis nullus usquam usus est — mihi cum Scheerio, v. d., pugnandum est. Is cum de recensenda Alexandra in Mus. Rhen. vol. XXXIV doctissime et amplissime ageret, paraphrasim P ad Theonis grammatici auctoritatem revocavit neque postea cum Lycophronem ederet et eam formam paraphrasis, quae nunc est in codicibus, deberi byzantini alicuius operae intellexisset (praef. p. XII), ab illa sententia videtur discessisse. Quae num stare possit ut recte iudicemus, a scholiis ipsis proficiscendum est.

Lycophronis carmine cum res tractatae non dilucide narrarentur nec aperte exponerentur, sed verborum priscorum aut reconditorum farragine obscurarentur sententiarumque nimis longa continuatione paene obruerentur, oportebat, si quis apte et plane explicaturus erat quae ille significavisset, eum et singula verba interpretari et totum enuntiatorum conexum enodare. Quod negotium cum diversis modis expediri potuerit, tamen in scholiis quae adhuc extant plerisque eandem interpretandi rationem inesse facile perspicimus. Quicumque enim Lycophronis ambages commentario illo prosecutus est, is primum adhibitis auctoribus et mythographicis et geographicis cognoscere studebat, quas fabulas Lycophro narravisset vel significavisset, deinde has cum sibi videretur invenisse, unumquodque vocabulum ad eas explicando referebat, ita tamen, ut vocum vim non tam propriam

linguae legibus constitutam respiceret, quam eam, quae quoque loco in illis ex sententiarum nexu inesset; praeterea autem, cum explicandi munere satisfecisset, verborum compositionem et consecutionem declarabat et, si opus erat, singula singulis paraphrastae modo exprimebat. Atque huius quidem commentarii quam maxime proprium est, omnia quaecumque afferuntur, non ut per se stent afferre, sed ideo ut aliqua ratione ad paraphrasim referantur. Quem morem cum continuo observatum esse videamus, non licet singulas commentarii partes discerpere — id quod in aliorum poetarum scholiis non modo licet, sed saepissime necessarium est —, neque miramur eadem auctorum laudatorum genera toti commentario ab initio usque ad finem subesse; neque enim in scholiis praeter fabularum scriptores (poetas et historicos) praeterque geographos auctores multi inveniuntur; grammatica certe doctrina, cui, si alicubi, in Lycophronis certe glossis abstrusis locus erat, praeter *ἐπικλήσεις*, de quibus infra dicetur, rara neque optimae notae est. Omnes autem ita usurpantur, ut paraphrasis ab iis pendeat aut saltem iis fulciatur. Fortasse non erit inutile unius loci continuam interpretationem proponere. Ad v. 72 hoc adscriptum est scholion: *τὸ ἑξῆς· τοὺς τάφους τοῦ κολυμβητοῦ τοῦ υἱοῦ τῆς θυγατρὸς Ἄτλαντος καὶ Πληϊόνης, λέγει δὲ τῆς Ἠλέκτρας· ἔστι δὲ μία τῶν Πληϊάδων* (AT verba *ἐστὶ δὲ* usque ad *Πληϊάδων* post vocem *Πληϊόνης* exhibent). Eiusdem paraphrasis altera recensio ex eadem de Dardano fabula profecta ad v. 73 repetitur: *δύπτου κέλωρος*] *τοῦ Δαρδάνου τοῦ υἱοῦ τῆς Ἠλέκτρας καὶ Διός· ὅστις καταλιπὼν τὴν Σαμοθρᾴκην ἐν τῷ κατακλυσμῷ κατασκευάσας σχεδίαν καὶ ῥάψας* (*ῥίψας Δ*) *ἐπὶ τὴν Ἴλιον παρεγένετο. στένω οὖν φησι, στένω καὶ τοὺς τάφους τοῦ υἱοῦ τῆς Ἠλέκτρας.* Pergitur ad v. 74. Ibi primum vocula *πόρκος* ita explanatur: *ζῷόν ἐστι παρὰ τὸν Ἴστρον ποταμὸν τὸν λεγόμενον Δανούβιον* (*Δάννουβιν* T; *Ἀνούβιον* A). *περιέχεται δὲ λεπτῷ δέρματι, ὃ* (T; *καὶ* A) *φυσώμενον γίνεται ἀσκοειδὲς καὶ οὕτω νήχεται, ἕως ἂν* (*ἂν* T; om. A) *λεπτυνθῇ, καὶ ἐξέρχεται ἐπὶ τὴν γῆν καὶ νέμεται· καὶ εὐθέως ψυχόμενον θνήσκει.* Post de voce *μονήρῃ* haec: *μονήρῃ δὲ εἶπε διὰ τὸ μιᾷ κώπῃ χρῆσθαι ἐν τῇ σχεδίᾳ.* Haec qui scripsit, eandem de Dardano fabulam novit, quae antea exposita est. Finem vero facit paraphrasis v. 74 ss: *τὸ δὲ ἑξῆς οὕτως· ὡς ὁ πόρκος τῷ ἰδίῳ δέρματι καθάπερ ἀσκῷ ἐπισκεπάσας* (T; *ἐπισκεπώσας* A) *νήχεται, οὕτως καὶ ὁ Δάρδανος ἐπὶ τῆς σχεδίας ἔπλευσε* (T; *ἔπλασε* A) *δ' λίθους ἔχων καὶ σκεπάζων ἑαυτοῦ τὸ σῶμα καθάπερ πόρκος.* Quae explicatio ipsa quoque utitur illa de Dardano narratione, nititur autem etiam ea in adnotatione qua paullo ante vox *πόρκος* explanata est. Itaque haec scholia cum argumenti paritate plane inter se concinant, ab eodem

homine Lycophroni adscripta sunt. Possum haec augere; sed satis erit monuisse non omnibus locis omnia servata esse; saepissime enim librariorum neglegentia factum est, ut aut paraphrasis aut commentarius mythographicus aut aliae adnotationes interciderent; velut is, qui supra Dardanum dixit *δ' λίθους ἔχοντα* Ilium navigavisse, vocem *τετρασκελής* (v. 74) aliqua ex fabula olim interpretatus est. Nonnullos autem ad versus qui per se bene potuerant intellegi, num multa olim fuerint adscripta, potest dubitari. Verum ne his quidem sententia nostra infringitur, sed probabile mihi videtur pleraque scholia ex unius grammatici officina prodiisse.

Pleraque dico, non omnia; nam nonnumquam vestigia duplicis interpretationis occurrunt. Velut duo scholia inter se diversa v. 24 extant: p. 66, 7 *Φαλακραῖαι δὲ ἀντὶ τοῦ Ἰδαῖαι· ὁ δὲ περὶ τὴν Φάλακραν τόπος ψιλὸς καὶ ἄδενδρος· διὸ καὶ ταύτην ἔσχε τὴν προσηγορίαν.* — *ἄλλως· ὄρος Τροίας, ἐπειδήπερ ἐκεῖθεν ἐποίησεν ὁ Πάρις τὰς ναῦς καὶ ὡς φάλακρον ἐποίησε τὸν τόπον.* Neque aliter ad v. 33 verba *τριεσπέρου λέοντος* duplex invenitur explicatio: p. 66, 23 K *λέοντα μὲν καλεῖ τὸν Ἡρακλέα διὰ τὸ ἀνδρεῖον· ἢ διὰ τὴν λεοντῆν.* Etiam v. 53 verba *ταῖς τ' Αἰακείοις χερσὶ* duplicem in modum intelleguntur p. 69, 15: *ταῖς τοῦ Νεοπτολέμου χερσὶν ἢ* (*χερσὶ καὶ* AT; correxi ex P) *Ἐπειοῦ διὰ τὸν δούρειον ἵππον.* Ac prior quidem explicatio ad notissimum Aeaci nepotem Neoptolemum redit, altera remotiorem Epei genealogiam profert. Item v. 86 primum haec scholia habet: p. 72, 8 *περὶ Ἀλεξάνδρου ποιεῖται τὸν λόγον· σπουδάζοντα τὸν Ἀλέξανδρον θεωρῶ περὶ τὴν ἁρπαγὴν τῆς Ἑλένης· γρυνὸν δὲ εἶπε τὸν Ἀλέξανδρον κατὰ μετωνυμίαν καλέσας· γρυνὸς γάρ ἐστιν ὁ κορμός· καὶ Ὅμηρος· γρυνοὶ μὲν δαίοντο, μέγας δ' Ἥφαιστος ἀνέστη. λαμπάδα δὲ λέγει* [*τὸν*] *αὐτὸν, παρ' ὅσον ἡ Ἑκάβη ἐγκυμονοῦσα ἔδοξε κατ' ὄναρ λαμπάδα τεκεῖν.* Bona haec sunt aut certe docta, eandemque studii rationem cernimus, quam antea descripsimus. Sed scholion accedit alterum, doctrina nequaquam insigne p. 72, 15: *τινὲς δὲ ἤκουσαν γρυνὸν ἐπτερωμένον τὴν ναῦν, διὰ τὰς κώπας ἤτοι τὰ πτερὰ, παρόσον τὴν πορείαν δι' αὐτῶν ποιεῖται.* — V. 87 scholia duobus ex interpretamentis conflata sunt; primum enim de voce *τρήρωνος*, qua Lycophro Helenam significat, his exponitur: p. 72, 19 *τῆς δειλῆς καὶ ταχείας καὶ κατωφεροῦς· οἰκεῖον γὰρ Ἀφροδίτης τὸ ζῷον· ἢ ἐπεὶ καὶ τὸν Ἀλέξανδρον ἀετῷ ἀπείκασεν ἐπὶ τὴν ἁρπαγὴν ἐπειγόμενον*; ac prioris sententiae auctor explicationem vocis et de columbarum natura et de Veneris cultu petvit, alterum scholion non fluxit nisi e verbis carminis ipsius. Tamen ne hoc quidem intelligitur nisi adhibitis scholiis v. 92. Ibi cum Paris *πυγαργός* a Lycophrone appellatus sit, haec apponuntur: p. 73, 24 *πυγαργὸν δὲ δειλὸν ἢ ἅρπαγα· πύγαργος*

γὰρ (δὲ PA) εἶδος ἀετοῦ· ὁ δὲ Σοφοκλῆς πύγαργον ἐπὶ τοῦ δειλοῦ λαμβάνει· ἢ πύγαργον ἀπὸ τῆς [δειλῆς] λευκῆς πυγῆς λέγει, ὥςπερ ἐκ τοῦ ἐναντίου μελαμπύγης (adde: ἀπὸ) τῆς ἰσχυρᾶς.[1]) Duo igitur sunt scholia, alterum Sophoclis testimonio nisum, alterum simplex et doctrina vacuum. Is autem, qui propter vocem πύγαργον Paridem a Lycophrone cum aquila comparatum censebat, etiam scholion v. 87 scripsit illud, quod ad hanc imaginem referebatur. In eodem v. 87 quae extant Helenae nomina πεφναίας κυνὸς dupliciter explanantur: p. 72, 23 ἢ ἀπὸ τόπου τῆς Λακωνικῆς ἢ διότι πολλοὶ δι' αὐτῆς ἀπέθανον. Cf. p. 72, 27 s. Simile discrimen inest in scholiis vv. 88/89. Quae quid verba ἣν τόργος ὑψίφοιτος sibi velint, ita enarrant: p. 73, 1 ὁ Ζεὺς ἢ ἡ Νέμεσις· παρόσον κύκνῳ ἀπεικασθεὶς ὁ Ζεὺς Νεμέσει τῇ Ὠκεανοῦ συνῆλθεν, ἐξ ἧς γεννᾶται ᾠόν, ὅπερ λαβοῦσα ἡ Λήδα ἐθέρμαινε καὶ ἔτεκε τὴν Ἑλένην καὶ τοὺς Διοςκούρους. Quodsi inter Jovem et Nemesim optio datur, haec duplex interpretatio vel ab eodem homine ex ea fabula quae sequitur potuit depromi; sed pergunt scholia variam lectionem proponere: τὸ δὲ ὑγρόφοιτος γρ. καὶ ὑψίφοιτος, quae non statim explicatur; sed redit scholiasta ad vocem τόργος, cum scribat: τόργος δὲ (P; δὲ om. T, τόργος δὲ om. A) κυρίως ὁ γύψ· νῦν δὲ τὸν κύκνον λέγει, ὃν μιμησάμενος ὁ Ζεὺς συνεμίγη τῇ Λήδᾳ. Quid? haec nonne ad fabulam prorsus aliam pertinent? quae cum sit omnium tritissima, ea, quae antea enarrabatur, e numero remotiorum est. Itaque rursus duos auctores secernimus. Deinde varia lectio antea proposita explicatur: p. 73, 7 ὑγρόφοιτος δὲ ὁ ἐν τοῖς ὑγροῖς φοιτῶν καὶ ἀναστρεφόμενος, ὁ γύψ· νῦν δὲ τὸν ἀετὸν ἢ τὸν κύκνον λέγει. Nam qui de aquila cogitat, is certe vocem ὑψίφοιτος explicat, qui de cycno, alteram scripturam ὑγρόφοιτος. Atque est in aperto aliquam intercedere rationem inter hoc scholion et illud, quo paullo ante vocabulum τόργος explicabatur; prius autem scholion nominis τόργου (p. 73, 5—7), cum paene ad verbum cum alterius ultimis verbis concinat, apparet hoc usum et postea conscriptum esse. Ultimum vero scholion illo antiquius quo pertineat, vix potest certo demonstrari. Nihil certe impedit quominus verba ὑγρόφοιτος δὲ — ἢ τὸν κύκνον λέγει (p. 73, 7—9) eidem homini adtribuamus, qui primum scholion (73, 1—4) conscripsit.[2]) Nam in utroque scholio vox τόργος vocabulo κύκνος

---

[1]) Emendatio nititur in glossa Eti Mi s. v. Πύγαργος p. 695, 45.

[2]) Cautius loquor, quia si in eodem libro duae scripturae exstabant, unus grammaticus in utramque poterat commentari. Talibus igitur locis in hac argumentandi ratione abstineo. Proponam autem ex eorum numero prima totius carminis scholia, ut ea foedissimis, quibus apud Kinkelium inquinata sunt, vitiis liberem. Ad v. igitur 1 scholia haec: τοῦτο τριχῶς ἀποδίδοται· λέξω σοι ἀληθῶς, ὦ Πρίαμε, ἅ με πυνθάνου (πυνθάνῃ A, μάνθανε exprimit T). ἤτοι οὖν

exprimitur; itaque ad eandem fabulam utrumque videtur spectare, cum praesertim alteram illam explicationem, quae de Jovis erga Ledam amore repetita est, postea exortam esse demonstraverimus. Ad versum vero proximum (89) quae apposita sunt, ea omnia ovum respiciunt, quod Juppiter Nemesi dedisse fertur. Nam ne ultima quidem verba (p. 73, 14) *ἢ τῷ γλύμματι καὶ ὑμένι τοῦ ᾠοῦ, διὰ τὴν ἱστορίαν ὅτι ἐξ ᾠοῦ (ἐκ ζῴου* AP; corr. Bachmann) *ἐγεννῶντο ἡ Ἑλένη καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτῆς* aliud quidquam exhibent nisi alteram recensionem eorum quae antecedunt (p 73, 12—13). Itaque hoc quoque loco scholiis bonis ac doctis (p. 73, 1—4. 12—15) alterius hominis interpretamentum immixtum est (p. 73, 6—7), nec exquisitum nec verum. — Brevius dicam de versu 148, quo cum Helenae procos Thesea et Alexandrum Lycophro ita significat: *πτηνοὺς τριόρχας αἰετοὺς ὀφθαλμίας*, in scholiis vocis *ὀφθαλμίας* duplex interpretamentum inest, alterum p. 28, 15 *ἤτοι τοὺς ἀετοὺς εὐοφθάλμους εἶπεν· εἶδος γὰρ ἱεράκων ὀφθαλμοβόλων*, alterum p. 78, 17 *ἢ τῆς Ἑλένης, εὐοφθάλμου οὔσης καὶ διὰ τῶν ὀφθαλμῶν ἀπα-*

τὴν διάλυσιν τῆς συναλοιφῆς (T; *συναλιφῆς* A) οὕτως *ἀπολυτέον· ἀλλ' ἱστόρει. ἢ ἃ μὴ* (T; *ἅ μ'* A) *ἱστορεῖς, ἃ μηδὲ καθιστορεῖν ἐγίνωσκες· ἢ ἅ με* (T; *ἅμ* A) *ἱστορεῖς, ὡς τοῦ Πριάμου πρότερον πυνθανομένου κτλ.* Tres sunt explicationes, duae lectiones. Primam enim qui confecit, is legit imperativum *ἱστόρει* et cum post *νητρεκῶς* gravius distingueret, relativum pro demonstrativo vi adversativa (*ἀλλ'*) positum esse ita volebat, ut nova inde exordiretur sententia: ‚Omnia ad veritatem exponam. Quae quaeras, quaeso' id est ‚sed quaeras, quaeso'. Cf. Tzetzae verba: *ἢ δεῖ στίζειν εἰς τὸ νητρεκῶς καὶ ἀφ' ἑτέρας ἀρχῆς λέγειν τὸ ἀλλ' ἱστόρει, ἤτοι, ἱστορῶν καὶ ἀκούων μάνθανε.* Itaque perperam Scheerius e T novam scripturae discrepantiam (*ἀλλ' ἱστόρει*) lucratus esse sibi videbatur; neque T neque scholia A aliud quidquam legerunt nisi *ἅ μ' ἱστόρει.* — Ad v. 3/4 duo scholia extant: *οὐ γὰρ ὡς τὸ πρότερον ἥσυχος τὸ στόμα ἔλυσε τῶν ποικίλων χρησμῶν· αἰόλων* (*αἰόλον* A; T hoc scholion non agnoscit, P hoc loco nihil valet) *δὲ διὰ τὴν πολυμάθειαν τῶν χρησμῶν· ἢ διὰ τὰ αἰνίγματα, οἷον αἰνιγματωδῶς λέγει ὡς ἡ Σφίγξ.* Huius scholii auctor legit *αἰόλων*, neque dubito rescribere *αἰόλων* pro tradito *αἰόλων*, quod e textu in scholia irrepsit facillimo errore; *πολυμάθεια* autem *χρησμῶν* non est Cassandrae scientia oraculorum, sed doctrina, quae inest in oraculis. Eodem pertinent *τὰ αἰνίγματα*; cf. schol. v. 7 fortasse ab eodem auctore confectum: *Σφιγγὶ δὲ τὴν Κασσάνδραν ἀπεικάζει διὰ τὸ* α ἰ ν ι γ μ α τ ώ δ ε ι ς *αὐτῆς εἶναι* τ ο ὺ ς χ ρ η σ μ ο ύ ς. Sequitur alterum scholion: p. 64, 15 *τὸ ἑξῆς· ἔλυσε χρησμῶν αἰόλον στόμα· καὶ γὰρ πολλὰ ἐχρησμολόγει. ἢ οὕτως· οὐ γὰρ ἡ φύσει ἥσυχος κόρη, διὰ δὲ τὰς μαντείας κωλυομένη ἥσυχος εἶναι, ἀνέλυσεν ὡς πρὶν τὸ αἰόλον στόμα·* (adde *αἰόλον δὲ*) *διὰ τὸ πλῆθος τῶν χρησμῶν ἢ τὸ ποικίλον.* Unius scholii duplex recensio exstat; nam verba prima e proximis exscripta esse apparet. Quae vero sequuntur verba (*ὅτι μάντις ἦν καὶ μουσική*), scholii inferioris sunt, quod ita restituendum est: *δαφνηφάγων*] *ὅτι μάντις ἦν καὶ μουσική· εἰώθασι δ'* (*εἰώθασιν* AT) *οἱ μάντεις δάφνας προσεσθίειν.*

τώσης τοὺς ἄνδρας. Item singula verba binis commentis illustrantur in v. 186 (*καρατόμον*, p. 83, 10), 196 (*γραῖαν*, p. 83, 24), 198 (*Ἅιδου κρατῆρος*, p. 83, 29). Sed si quis dubitat an hae varietates grammatico uni potius debeantur in interpretando haesitanti, quam duobus aut compluribus, versus 202 et 203 certe ita explicantur, ut scholia non a duobus hominibus conscripta esse nequeant. Ubi cum Lycophro de Graecis Aulide commorantibus haec ponat: *οἳ δ᾽ἀμφὶ βωμὸν τοῦ προμάντιος Κρόνου σὺν μητρὶ τέκνων νηπίων κρεανόμου*, primum alter scholiasta verba illa sic reddit: p. 84, 8 *οἱ δὲ Ἕλληνες, φησὶν, ἐν Αὐλίδι περὶ τὸν βωμὸν τοῦ Διὸς ἑωρακότες τὸν δράκοντα τὸν σὺν τῇ μητρὶ τοὺς στρουθοὺς φαγόντα ὅρκους ἀλλήλοις δόντες πλέουσιν ἐπὶ Τροίαν· τινὲς δὲ τὸ Κρόνου ἀντὶ τοῦ Κρονίδου νῦν ἀνέγνωσαν, ἵν᾽ ᾖ τοῦ Διός.* Sequitur altera paraphrasis p. 84, 13: *οἱ δὲ ἀντὶ τοῦ Κρόνου, καί φασιν, ὅτι τὸ ἐν Δελφοῖς μαντεῖον πρότερον τοῦ Κρόνου ἦν, ἔνθα ἔλαβον τὸν χρησμὸν οἱ Ἕλληνες, ὅτι τῷ δεκάτῳ ἔτει τὸ Ἴλιον πορθήσουσιν· τὸ δὲ ἑξῆς οὕτω ληπτέον· τοῦ προμάντιος Κρόνου τὸν δράκοντα· καὶ γὰρ ὁ δράκων ἐμαντεύσατο, ὥς φησιν Ὅμηρος, ἀλλ᾽ ὕστερον τοῦ Κρόνου. πρόμαντις οὖν ὁ Κρόνος, ὁ πρὸ τοῦ δράκοντος μαντευσάμενος, ὑστερόμαντις δὲ ὁ δράκων.* Aperte duo auctores laudantur (*τινὲς δὲ, οἱ δὲ*), totus locus, non verba singula, continuo, sed duplicem in modum ita explanatur, ut duo interpretamenta nullo pacto possint inter se conciliari. Illud vero obiter moneo alterius scholiastae vestigia ad v. 204 ss. recurrere: utroque enim loco idem Apollinis Delphici oraculum narratur et ad enodanda Lycophronis aenigmata adhibetur. Eiusdem generis aliud exemplum praebent scholia vv. 291 ss. Ibi ad v. 291 verba *πρόβλημα καὶ σταυροῖσι κορσσωτὴ πτέρυξ* haec adscripta sunt: p. 93, 2 *πτέρυγα εἶπε τοῦ τείχους τὴν περίστασιν τῆς οἰκοδομῆς*, (adde: *κορσσωτὴν δὲ*) *οἷον τὴν ὑψηλὴν παρὰ τὸ κορύττεσθαι καὶ ἐγείρεσθαι· τὸ δὲ* (M 258) *‚κρόσσας μὲν πύργων ἔρυον‘ οὐ κλίμακας οἶδεν, οὐδὲ λέγει ὅτι κατέβαλον* (*κατέλαβον* AT) *τὰς κλίμακας· ἀλλ᾽ ἦσάν τινες ξύλινοι ὑπότροχοι κλίμακας ἔχουσαι ἄνω προμάχους* (A; *πρόμαχοι* T; *ἔχοντες* — *προμαχῶνες*? an usus est scholiasta vocis *προμαχῶνες* genere feminino?), *ἐφ᾽αἷς οἱ πολέμιοι ἐφεστῶτες* (T; *ἐφιστάντες* A) *ἐμάχοντο τοῖς ἐπὶ τοῦ τείχους, ἔρυον καὶ κατέβαλον τὰς ἐπάλξεις· σταυροῖσι δὲ, ἡ ἑκατέρωθεν οἰκοδομὴ τοῦ τείχους ὀρθοῖς ξύλοις διειλιγμένη* (A; *διειλημμένη* T), *ἅπερ σταυροὺς κέκληκε διὰ τὴν στάσιν.* Sequitur alter scholiasta, qui non de vallis modo commemoratis, sed de voce *πτέρυξ* loquitur, quem ipsum murum intellegit: p. 93, 13 *ἢ αὐτὸ τὸ τεῖχος, διὰ τὸ πλάτος.* Idem vocabulum *κορσωτὴ* quoque aliter explicat: p. 53, 14 *κορσωτὴ δὲ, ἡ κλιμακώδης.* Alter ille grammaticus, cuius verba supra exscripsimus, scalas cogitandas esse diserte negaverat; itaque hac altera

explicatione quam cum falsam esse vellet, habebat ante oculos, recentior est. — Quae autem proxime sequuntur, nihil ad rem; repetitur scholion πτέρυξ τὸ τεῖχος, quae verba interpretatione vocis γεῖσα excipiuntur. Sed iterum dissensio exsurgit in iis, quae de vocabulis ἄφλαστα καὶ κόρυμβα exponuntur: p. 93, 15 ἄφλαστα δὲ καὶ κόρυμβα τὰ ἄκρα τῆς νεὼς κατ' εὐφημισμὸν τοῦ εὔθλαστα (T; εὔθλαστον A), καὶ κόρυμβα δὲ τὸ αὐτὸ δηλοῖ, καὶ ἔστιν ἐκ παραλλήλου. ἢ διαφέρουσιν, ὅτι τὰ μὲν ἄφλαστα πρυμνήσια, τὰ δὲ κόρυμβα πρωρήσια. Certissimum vero omnium argumentum suppeditat tertius locus, vv. 326—329 (p. 96, 8—97, 3 K). Quos versus Lycophronis alter grammaticus ad Iphigeniam mactatam, alter ad Polyxenam spectare contendit. Quartus locus agmen exemplorum claudat, schol. vv. 389 ss. Ad verba enim διπλῶν μεταξὺ χοιράδων σαρούμενον — de foedo Aiacis Locrensis apud Euboeam interitu sermo est — alter grammaticus adnotat: ἤτοι Μυκόνου καὶ Τήνου, quae explicatio paullo post repetitur: p. 102, 2 τὸ δὲ μεταξὺ Τήνου καὶ Μυκόνου, αἵ εἰσι νῆσοι τῶν Κυκλάδων; alter autem ad Lycophronis versum proximum provocat, cum explicet: ἢ μεταξύ τινων χοιράδων περὶ τὰς Γυρὰς οὕτω καλουμένας πέτρας· καὶ Ὅμηρος (δ 500) ‚Γυρῇσίν μιν πρῶτα Ποσειδάων ἐπέλασσε.' Eundem Aiacem Cassandra paullo post (v. 395) appellat κόκκυγα κομπάζοντα μαψαύρας στόβους. Quorum verborum in scholiis (102, 9) primum exstat paraphrasis: λείπει τὸ ὡς· τὸν ὡς κόκκυγα καυχώμενον ματαίας λοιδορίας. Sed qua de causa Aiax κόκκυξ nominetur, dupliciter exponitur: p. 102, 11 κόκκυξ ὄρνεον δειλὸν ὅμοιον ἱέρακι, ὅθεν καὶ διὰ δειλίαν οὐ συναυλίζεται τοῖς λοιποῖς ὀρνέοις· ἤτοι οὖν διὰ τὸ μονιὸν τὸν Αἴαντα παρείκασε τῷ κόκκυγι. ἢ διὰ τὸ μάτην φθέγγεσθαι· καὶ γὰρ θορυβητικὸν καὶ φλυαρὸν τὸ ὄρνεον. Hanc alteram explicationem ad paraphrasim antea scriptam pertinere in aperto est.

Tales discrepantias per totum scholiorum corpus persequi licet;[1]) ac persequerer, si quid inde efficeretur. Verum in hac tanta reliquiarum paucitate ac tenuitate certi quidquam cognosci nequit, atque omnis opinio in coniciendo posita est, neque scio, quot grammatici in

---

[1]) Confer scholl. vv. 452 (p. 110, 1); 479 (p. 112, 18/19); 495 (p. 114, 26. 115, 1); 529 (p. 118, 8—14); 600 (p. 125, 25/26); 608 (p. 126, 16/17); 630 (p. 128, 18. 22); 648 (p. 131, 3. 6); 793 (p. 142, 8. 9); 805 (p. 143, 23. 144, 1); 902 (p. 151, 23/24); 916 (p. 152, 17/18); 934 (p. 153, 12. 16); 936 (p. 153, 21 ss.); 976 (p. 156, 4 ss.); 991 (p. 158, 10. 13); 1094 (p. 169, 8. 9); 1095 (p. 169, 13. 14); 1117 (p. 171, 1. 2); 1184 (p. 175, 21. 22); 1278 (p. 182, 14. 15); 1313 (p. 185, 1. 2); 1349 (p. 187, 25 ss.); 1356 (p. 189, 2. 3); 1374 (p. 189, 15. 22—25); 1388 (p. 191, 22—24. 29 ss.); 1464 (p. 197, 6. 7); 1466 (p. 198, 4. 5).

Lycophronem fuerint commentati. Itaque ad liquidum perducere nequeo, quod supra proposui, non tam commentarios duos vel plures continuos contaminatos esse ab eo, qui scholiorum corpus confecit, quam ad unum commentarium magnum ac perpetuum fundamenti loco habitum reliquos homines doctos vel indoctos adnotatiunculas suas adspersisse. Eandem nihilominus sententiam veri esse similem censeo, primum quia — id quod supra significavi — idem argumentandi et explicandi genus per totum commentarium cernitur; deinde, quia interpretandi illae varietates ipsae ita sunt comparatae, ut paene omnes pertineant ad singula verba, non ad copiam rerum fabularumque; paraphrastica interpretamenta solent esse diversa, non silva fabularum, qua illa nituntur; ac si quando interpres alius aliam fabulam adhibet, alter doctrinam bonam affert, alter contentus est tritis ac decantatis (cf. schol. vv. 53; 88/89; 529; 991; 1388), ut additamenta sciolorum nonnumquam dubito an recentissimae aetatis cognoscamus. Paucissimi sunt loci, quibus uterque interpres bona affert, ut suam sententiam stabiliat, atque ii quidem tam parci, ut nihil inde consequatur (schol. vv. 202/3; 326 ss). Immo, ad easdem res et fabulas plerumque provocant vel ii, qui de loco aliquo interpretando dissentiunt. Itaque videtur olim unus homo doctrinam illam tam amplam congessisse, cuius opera usi sequiores commenta sua conscripserunt; eadem sententia eo commendatur, quod saepius interpres alter alterum videtur usurpasse aut retractasse; cuius rei exempla nonnulla supra attuli, alia infra proponam; nunc satis erit eos locos significare, quibus interpres alter se suam sententiam alteri praeferre diserte affirmat vocibus *βέλτιον δέ* vel *μᾶλλον δὲ χρὴ* vel similibus: schol. vv. 452. 495. 522. 805. 1356. 1374. Sed quidquid hac de re iudicandum est, per totum scholiorum corpus variorum hominum manus conspiciuntur, scholia non omnia ab uno homine conscripta, sed e complurium grammaticorum commentis conferruminata sunt.

Verum quaeramus quid ex hac disputatione ad paraphrasim P redundet. Paraphrastae cuiusvis munus a scholiasta eo differt, quod hic colligit, quaecumque ad explanandos auctores usui videntur esse, ille vero scriptoris quem explicat verba singula singulis verbis exprimit, ut quid hic voluerit bene ac celeriter possit perspici. Itaque a paraphrasta alienum est varias variorum de locis difficilioribus iudicia congerere. Lycophronis autem paraphrasis P si nihilominus easdem in explicando diversitates complectitur, quae in scholiis passim occurrunt, sequitur, scholia a paraphrasi, non paraphrasim a scholiis exscriptam esse. Atque hic quoque sufficit, e multis locis pauca exempla seligere; cf. P 87 *(πεφναίας)* cum schol. p. 72, 22 ss.; P 88 *(τόργος ὑγρόφοιτος)*

cum schol. p. 73, 1 ss.; P 91 (*πύγαργον*) cum schol. p. 73, 24 ss.; P 148 (*ὀφθαλμίας*) cum schol. p. 78, 15 ss.; P 187 (*καρατόμον*) cum schol. p. 83, 11 ss.; P 195/196 (*γραῖαν*) cum schol. p. 83, 24 ss.; P 197/198 (*Ἅιδου κρατῆρα*) cum schol. p. 84, 1; P 191/192 (*κορσωτὴ πτέρυξ*) cum schol. p. 93, 1 ss.; P 328/329 cum schol. p. 96, 8 ss. Neque huic sententiae obstat, quod saepius in P explicationum diversitates inveniuntur, quae in scholiis non insunt, aut quod P nonnumquam tres interpretationes praebet, cum scholia duo exhibeant (cf. P 53 *ταῖς τ' Αἰακείοις χερσί* cum schol. p. 69, 15—19). Nam paraphrasis P codex primarius, liber Coislinianus 345 (B), et Marciano A et Tzetza antiquior est: quid igitur mirum, quo tempore auctor paraphrasis P scholia transscribebat, ea pleniora fuisse? Accedit quod P multa comprehendit, quae munus paraphrastae verba singula explicandi per se longe excedunt. Fabulas enim P et doctrinam mythographicam praeter paraphrasim hic illic inserit, atque hac quoque cum scholiis ita consentit, ut modo eadem modo plura illis praebeat (cf. vv. 33. 43. 56. 72. 88. 89. 115. 128. 175. passim).

Quodsi paraphrasis P post scholiorum corpus congestum scripta est, Theo auctor eius esse non potest, neque in ea Theonis reliquiae insunt nisi eae, quas a scholiis poterat accipere. Eam post Theonem natam esse Stephani quoque Byzantii testimonio discimus. Qui cum Theonis commentarium laudet, eius doctrinam memoriae prodit; ac quo tempore Lycophronem Stephanus legebat, eius textus a multis corruptelis erat vacuus, quae nunc in codicibus propagantur. Ubicumque autem libri Lycophronis a Stephano ita recedunt, ut hic verum servaverit, illi vitiis inquinati sint, P semper cum corruptelis librorum manuscriptorum facit; ut v. 906 veram nominis formam *Φάλανναν* a Bachmanno restitutam Stephanus novit, libri corruptam agnoscunt *Φάλαννον* (A; *Φαλλαννόν* B) aut *Φάλανον* (C D E); P scribit: *Γόννος καὶ Φάλανος πόλεις Περαιβίας*; v. 1254 verum habet Stephanus *ὑπὲρ Λαχίου Δαυνίου τ'*, codices nostri omnes falsam scripturam *ὑπὲρ Λατίνους Δαυνίους τ'*; P explicat *Λατῖνοι καὶ Δαύνιοι ἔθνη Ἰταλίας*; v. 1309 integra lectio est apud Stephanum *καὶ δευτέρους ἔπεμψαν Ἄτρακας λύκους*, interpolata *ἅρπαγας λύκους* in libris utriusque classis; P interpretatur: *Καὶ δευτέρους ἀπέστειλαν ἅρπαγας λύκους*; etiam v. 1312 Lycophro ita scripsit, ut Stephanus testatur: *ὃς εἰς Κύταιαν τὴν Λιβυστίνην μολών*; libri *Λιγυστικὴν*; P *τὴν γείτονα τῶν Λιγυστίνων ἐλθών*. In v. 360 verum est a Scheerio inventum *αὐδάζουσα*; Stephanus leni corruptela scribit *αὐδάξουσα*; interpolatio in codices irrepsit *αὐδάξασα*, quam P exprimit: *κράξασα*. Etiam in veris scripturis explicandis P cum codicibus contra Stephanum facit (v. 715 *Γλάνις τε* codd. et P, *Γλάνις δὲ* Steph.;

v. 906 *Γόννον* ABP; *γόνον* CDE Steph.), numquam cum Stephano contra codicum nostrorum archetypum.

Itaque non scholia adhibenda sunt ad paraphrasim ampliorem restituendam, sed paraphrasis ad scholiorum textum pleniorem restituendum; et si quid, ut alias, ita in *ἐπικλήσεων* glossis paraphrasta exhibet, quod Marcianus non novit, talia additamenta nobis scholiorum instar habenda sunt; cf. P vv. 139. 152. 153. 162 (= Et. Gud. 290, 22. T hoc loco sua sibi fingit). 208 (= T, p. 478, lin. 7). 356. 359. 435. 562. 832. 835 (= T). 915. 986. 1207. 1268. 1377. 1391. 1454.

3.

Scholia *ἐπικλήσεων*, quarum in usu Lycophro multus est, non omnia eiusdem pretii sunt; nam sunt, quae magni faciamus, sunt, quae statim abiciamus. Ac removemus, quaecumque non tam ad *ἐπικλήσεως* propriam vim ac notionem spectant quam exponunt, apud Lycophronem quid sibi velit *ἐπίκλησις*; ut is qui ad v. 288, p. 92, 25 K., adscripsit: *Φύξιον Δία δὲ, ἵνα φύγωσιν, ἢ ὅτι ἐγένετο* (*ἵνα γένηται* A; emendationem suppeditant PT) *αὐτοῖς αἴτιος φυγῆς*, is non eo tendit, ut declaret, cur Jovi sit hoc epitheton, sed ut explicet, quid Lycophro voluerit, cum illud hoc potissimum loco adhiberet — id quod scholiastae ipsius est, non eius, qui in deorum cognominibus studia sua collocat. Alia exempla sunt in schol. vv. 1328 (p. 186, 25) et 1349 (p. 188, 3. 8). Ne illa quidem nos curamus, quae a scholiasta aut e Lycophrone ipso aut alio ex fonte inveniri poterant ratiocinando. Ut vv. 47 ss. cum de Scylla ab Hercule interfecta Lycophro haec dixisset: *ἣν αὖθις πατὴρ* (Phorcys) *σάρκας καταίθων λοφνίσιν δωμήσατο Λέπτυνιν οὐ τρέμουσαν οὐδαίαν θεόν*, scholiastae, cui vocabulum *Λέπτυνιν* aliqua ratione interpretandum erat, nihil peculiare in manu fuisse videtur. Nam *οὐδαίαν θεόν* Proserpinam esse ex adiectivi *οὐδαῖος* (= *χθόνιος*) notione colligebatur; de voce *Λέπτυνις* cum nemo scholiastarum certi quidquam sciret, alter Proserpinam intellexit, accusativum *Λέπτυνιν*, cui appositive *οὐδαίαν θεόν* adnecteretur, a participio *τρέμουσαν* pendere totumque locum metonymice de inferis positum esse ratus; alter, cum in explicando verbo *δωμᾶσθαι* haereret, *Λέπτυνιν* accusativum e verbo finito *δωμήσατο* pendere arbitratus *Λέπτυνιν* animam dictam esse statuit (*παρὰ τὸ λελεπτυσμένην καὶ ἀερώδη εἶναι* T addit; *λεπτομερέστατον γάρ ἐστι* Et^{um} M^{um} p. 560, 56): p. 68, 26 K *ἢ λέπτυνιν τὴν ψυχήν. οὐκοῦν Φόρκυς καύσας τὴν Σκύλλαν ἀνεκάλεσε τὴν ψυχὴν τὴν μὴ φοβουμένην τὸν Ἅιδην.* — Aut v. 1163 cum virgines graecae in templum Minervae Iliadis refugere dicerentur: *ἕως ἂν εἰςθρέξωσιν Ἀμφείρας δόμους λιταῖς Σθένειαν ἵκτιδες γουνούμεναι*, de Minerva agi scholiasta a Lycophronis auctore

Timaeo compertum habebat, cuius verba ad v. 1155 (p. 173, 20) exscripserat; neque quidquam de illis Minervae epithetis in scholiis nunc servatum est.

Plerique autem loci ita comparati sunt, ut scholia aut ad *ἐπικλήσεις* ipsas aliquid conferant aut patefiat, quae inter scholiorum particulas dispersas ratio intercedat

Primum enim saepissime tota loci alicuius explicatio a cognomine ita pendet, ut e Lycophronis verbis quis deus significetur nulla ratione possit colligi, nec illa ipsa intellegantur, nisi aliunde constiterit, quid sub cognomine lateret. Ita quotiens res se habet, necesse est scholiastam, sive *ἐπίκλησιν* diserte explicat, sive in paraphrasi merum dei nomen ponit, peculiarem de illa auctorem consuluisse; etiam id sequitur, si paraphrasis addatur, eam esse ab eodem homine confectam, qui *ἐπικλήσεως* explicationem attulit et apposuit. Velut v. 561 cum Lycophro diceret: *ὧν ἀλκὴν ἑνὸς οὐδ' ὁ Σκιαστὴς Ὀρχιεὺς Τιλφούσιος ἐμέμψατ' ἐν χάρμαισιν ῥαιβώσας κέρας*, is qui recte intellexerat ea quae praecedebant, scire poterat, sub vocibus *ὧν ἑνὸς* aut Idam aut Lyncea latere, scire non poterat, certamen ab Ida cum Apolline de Marpessa institutum agi, nisi compertum habebat, *Σκιαστὴς Ὀρχιεὺς Τιλφούσιος* epitheta esse Apollinis; quae priusquam cognovisset, nullo pacto in illam de Marpessa narratiunculam incidere potuit, quam in scholiis ad v. 561 appositam videmus. Ergo fuit praesto scholiastae auctor aliquis, e quo de illarum *ἐπικλήσεων* vi certior fieret, id quod ipsis iis confirmatur, quae ad v. 562 P adnotat: *οὐδ' ὁ Ἀπόλλων παρὰ Λάκωσιν, ἐπώνυμα Ἀπόλλωνος παρὰ Βοιωτοῖς.* Aut v. 722 *ἀκτὴν δὲ τὴν προὔχουσαν εἰς Ἐνιπέως* promunturium *Ποσείδειον* significari scholiasta numquam intellexisset, nisi *Ἐνιπέως* Neptuni esse cognomen didicisset, et verba ea, quae adnotat p. 136, 12: *Ἐνιπεὺς Ποσειδῶν τιμᾶται παρὰ Μιλησίοις· προὔχουσαν δὲ ἀκτὴν, τὴν προκειμένην εἰς θάλασσαν. λέγει δὲ τὸ Ποσείδειον ἄκρον*, ipsa demonstrant, qua colligendi via processerit. — Aliud exemplum est v. 449, ubi cum ab auctoribus geographis quivis posset discere de Cypro Lycophronem loqui, tamen verba *Μορφὼ παροικήσουσι τὴν Ζηρυνθίαν* nemo poterat explicare, qui ignoraret, *Μορφὼ* Veneris esse *ἐπίκλησιν*; nam vel *Ζηρυνθία* est vox ambigua, quia Lycophro ipse Hecates antrum Zerynthium v. 77 commemoravit: ac doctam scholiasta de Venere annotationem proponit (p. 109, 4—8). — Agmen exemplorum claudant vv. 433—437: *τρίτον δὲ* (scil. Colopho mortuum sepultura afficiet), *τοῦ μόσσυνας Ἐκτήνων ποτὲ στερρᾷ δικέλλῃ βουσκαφήσαντος γόνον, ὃν Γογγυλάτης εἷλε Βουλαῖος Μυλεὺς ἀγηλάτῳ μάστιγι συνθραύσας κάρα.* Ad haec scholia: p. 106, 11 *μόσσυνες κυρίως τὰ ξύλινα τείχη, νῦν δὲ τὸ τεῖχος λέγει τῶν Θηβῶν.*

τρίτον δέ φησιν (*φασιν* A; emendationem suppeditat T) *εἶναι τῶν ἀπελθόντων ἐν Κολοφῶνι τὸν Σθένελον τὸν υἱὸν Καπανέως τοῦ κατασκάψαντος τὰ τείχη τῶν Βοιωτικῶν Θηβῶν, ὅντινα ὁ Ζεὺς ἐκεραύνωσε μεγαλαυχήσαντα, ὡς Εὐριπίδης ἐν Φοινίσσαις. τὸ δὲ ἀγηλάτῳ μάστιγι, εἰ μὲν δασέως, τῷ τοὺς ἀσεβεῖς ἐλαύνοντι· εἰ δὲ ψιλῶς, τῷ ἄγαν ἐλαυνομένῳ, λέγει δὲ τῷ κεραυνῷ* (ultima, quae sequuntur de Polynice et Eteocle, nihil ad rem). Videndum igitur, quid scholiasta in manibus habuerit, quid non habuerit. De Stheneli quidem morte nihil peculiare ei praesto erat, immo verba scholiastae docent eum haec ex iis collegisse, quae aliunde afferret. Ac de Thebis a septem oppugnatis sermonem esse et vox *Ἐσσήνων* et vv. 437 s. indicabant; Capanei autem filium Lycophroni in mente fuisse manifestum non erat, nisi quis epitheta *Γογγυλάτης Βουλαῖος Μυλεύς* Jovis esse noverat. Nam multi dici potuerunt *βουσκαφήσαντες στερρᾷ δικέλλῃ* muros Thebanorum, multis tum acciderat, ut capita contunderentur (*συνθραύσας κάρα*), multis modis vel potius de quavis plaga quibuslibet armis inflicta *μάστιξ* dici potuerat, ne *ἀγηλάτῳ* quidem adiectivum quidquam efficiebat, nisi vocabulum *μάστιξ* vere explicatum erat, praesertim cum de lectione dubitaretur; locus omnino intellegi non poterat nisi epitheta illa ad Jovem recte relata erant; quod ubi factum est, per se patebat, voce *μάστιγι* Jovis flagellum significari, neque quisquam vel inter eos, qui mediocriter erant docti, tum quidem ignorabat Jovis *μάστιγα* fulmen dici ab Homero N 812; unus autem ex iis, qui Thebas oppugnaverunt, Capaneus fulmine ictus erat, itaque Capanei filii fata extrema Stheneli a Cassandra praedicuntur. Persecuti sumus, qua ratione hoc loco singula e singulis, omnia autem ab *ἐπικλήσεως* explicatione penderent, et hic quoque paraphrasim scholiis insertam ab eodem esse confectam demonstravimus, qui *ἐπικλήσεων* doctrinam adhiberet, quamquam de cognominibus quae olim attulerat nunc interciderunt neque quidquam superest nisi paraphrasis. Exemplis pluribus supersedeo. Quod genus quam late pateat si quis cognoscere studet, perlustret scholia horum versuum: 400. 431. 435. 440. 448. 617. 658. 699. 710. 767. 831. 1040. 1225. 1261. 1327. 1393.

Unum locum paullo aliter comparatum restat ut breviter tractem, vv. 156—159: *ὃν δὴ δὶς ἡβήσαντα καὶ βαρὺν πόθον φυγόντα Ναυμέδοντος ἁρπακτήριον ἔστειλ' Ἐρεχθεὺς ἐς Λετριναίους γύας λευρὰν ἀλετρεύσοντα Μόλπιδος Πέτραν*[1]). De Pelopis Neptuni amasio in Elidem ex Asia misso quin haec dicerentur, dubitatio non erat, si quidem ea quae

[1]) Regionem Eliacam *Πέτραν* vocatam Lycophro significat; Paus. VI 24, 5.

antecedunt recte erant intellecta, id quod facillime fieri poterat. Ac *Ναυμέδων* Neptunus appellatur, non quo haec eius sit *ἐπίκλησις*, sed quia hoc epitheto poetice adornabatur, ut eundem Aeschylus *ποντομέδοντα* vocavit (Sept. 123). Verum quis Pelopem e Lydia in Elidem misisset, scholiasta ambigebat; auctores fabulares, si quos adhibebat, nihil videntur eum docuisse; velut Pindarus in universum loquitur Ol. I 65: *τοὔνεκα προῆκαν υἱὸν* (scil. Tantali) *ἀθάνατοί οἱ πάλιν μετὰ τὸ ταχυπότμιον αὖτις ἀνέρων ἔθνος*; nihil certe ex iis reliquum est, neque hos scholiastam adiisse, cum v. 158 explicaret, ea ostendunt, quae praeter paraphrasim adscripsit: nam hic quoque totam interpretationem in cognomine collocavit, quo quasi fundamento uteretur. Sed duplex proponitur in scholiis interpretatio v. 158: (p. 80, 4) *τὸ δὲ Ἐρεχθεύς τινες μὲν ἐπὶ τοῦ Ποσειδῶνος, ἄλλοι δὲ ἐπὶ τοῦ Διὸς ἤκουσαν*, quae interpretandi diversitas nasci non potuit nisi auctor aliquis in scholiis adhibebatur et adscriptus erat, qui idem cognomen Jovi et Neptuno fuisse docebat. Ac Jovem hoc epitheto adornatum coli apud auctorem scholiastae narratum fuisse schol. v. 431 (p. 106, 6 K) testatur: *Ἐρεχθεὺς γὰρ καλεῖται ὁ Ζεὺς ἐν Ἀθήναις καὶ ἐν Ἀρκαδίᾳ*; Neptuni fuisse eandem *ἐπίκλησιν* Athenis, Hes. s. v. *Ἐρεχθεύς* refert. Atque eius quidem, qui Neptunum intellexit, memoria intercidit, superest nunc unus, qui Jovem interpretatus paraphrasi intexuit: p. 79, 21 *τὸ ἑξῆς· ἔστειλεν ὁ Ζεὺς τὸν Πέλοπα κτλ.* = p. 80, 3 *τὸν δὲ* (adde *Πέλοπα*) *ἔστειλεν ὁ Ζεὺς ἀπὸ τῆς Λυδίας*. Qui grammaticus in interpretatione quantopere pendeat ab eo auctore, qui ei *ἐπικλήσεως* illius notitiam suppeditaverit, inde cognoscimus, quod in commentando scholiasta erravit: mihi quidem vox *Ἐρεχθεύς* utique ad unum Neptunum apte referri videtur; cf. Theopompum in schol. AD Hom. *Α* 38: *ἱστορία. Πέλοψ ὁ Ταντάλου . . . . κατὰ μισθὸν παιδικῆς ὥρας λαβὼν παρὰ Ποσειδῶνος ἵππους ἀδαμάστους σὺν τῷ ὀχήματι ἔσπευσεν εἰς Πῖσαν τῆς Πελοποννήσου κτλ* (Philostr. imag. XVII. Palaeph. XXX. Boeckh., ad Pindari l. l.).

Quodsi multos locos explicari non potuisse demonstravimus, nisi scholiasta compertum habebat, quorum deorum *ἐπικλήσεις* essent a Lycophrone usurpatae, eum de his auctores aliquos consuluisse per se patet. Sequitur altera disputationis pars qua comprobetur peculiarem librum scholiastae in manibus fuisse, unde de deorum cognominibus certior fieret. Quae cum a fabulis aut a rebus geographicis et grammaticis natura differant, primum locos esse ostendam, ubi, quamquam scholiastae interpretatio aliis in auctoribus sita sit neque his allatis dubitatio restare potuerit de *ἐπικλήσεως* notione, tamen docta atque exquisita eademque a reliquis aliena de epithetis a scholiasta tradantur.

Ac rursus satis erit pauca proposuisse exempla, quae reliquorum numeris breviter additis excipientur.

Exordium faciam e Lycophronis versibus 535—566. Hos ad illustrandos quos auctores scholia adhibuerint ut extricemus, primum in Lycophronem ipsum inquiramus, quem sequatur scriptorem. Qua in re si aut diutius commorari aut longius a scholiis pervagari videbimur, veniam tamen nobis datum iri speramus, quoniam ea quae effecturi sumus ex infimorum grammaticorum provinciis ad veteres epicos nos abducent et quid inde ad scholia recte iudicanda lucremur facillime perspicietur. Lycophronis autem ille locus, ut praecise dicam, quod sentio, qui est de raptis Leucippidibus et de pugna inter Dioscuros et Apharei filios Idam Lynceaque commissa, petitus est ex Cypriis. Quo in carmine quid hac de re narratum sit, testes habemus nonnullos eorum versiculos hic illic dispersos, Procli excerpta, Pindari carmen Nemeum decimum, quo Pindarum Cypriorum fabulam expressisse Dissenus cognovit, sciverunt veteres grammatici, cum gravissimum fragmentum appingerent Cypriorum. Lycophro autem et cum Proclo Cypriorumque versibus arte cohaeret et cum Pindaro eum in modum consentit, ut utrumque ex eodem fonte hausisse necessarium sit. Ac versus Lycophronis hi sunt:

ἀλλ' ἔστι γάρ τις, ἔστι καὶ παρ' ἐλπίδα
ἡμῖν ἀρωγὸς πρευμενὴς ὁ Δρύμνιος
δαίμων Προμανθεὺς Αἰθίοψ Γυράψιος,
ὅς, τὸν πλανήτην Ὀρθάνην ὅταν δόμοις
σίνιν καταρρακτῆρα δέξωνται πικρὸν
οἳ δεινὰ κἀπόθεστα πείσεσθαί ποτε
μέλλοντες, ἔν τε δαιτὶ καὶ θαλυσίοις
λοιβαῖσι μειλίσσωσιν ἀστεργῆ Κράγον,
θήσει βαρὺν κολῳὸν ἐν λέσχαις μέσον.
καὶ πρῶτα μὲν μύθοισιν ἀλλήλους ὀδὰξ
βρύξουσι κηκασμοῖσιν ὠκριωμένοι,
αὖθις δ' ἐναιχμάσουσιν αὐτανέψιοι,
ἀνεψιαῖς ὄρνισι χραισμῆσαι γάμους
βιαιοκλῶπας ἁρπαγάς τε συγγόνων
χρῄζοντες, ἀλφῆς τῆς ἀεδνώτου δίκην.
ἦ πολλὰ δὴ βέλεμνα Κνηκιῶν πόρος
ῥιφέντα τόλμαις αἰετῶν ἐπόψεται,
ἄπιστα καὶ θαμβητὰ Φηραίοις κλύειν.
ὁ μὲν κρανείᾳ κοῖλον οὐτάσας στύπος
φηγοῦ κελαινῆς διπτύχων ἕνα φθερεῖ,
λέοντα ταύρῳ συμβαλόντα φύλοπιν.

v. 538: qui ubicumque vagantem peregrinum latronem, milvum futurum amarum, atriis receperint gravia olim et inoptata perpessuri libamentisque in epulis et thalysiis Jovem placaverint implacabilem, gravem tumultum inter medios sermones excitabit. Ac primum quidem conviciis invicem mordicus lacerabunt cavillationibus stimulati, post autem arma capient consanguinei, patrueles gallinas a matrimonio furtis ac vi arrepto et a rapina cognatorum defendere cupientes, ut poenam imponerent *ἀλφῆς τῆς ἀεδνώτου*. Multa hercle iacula Cnecionis vadum con-

ὁ δ' αὖ σιγύμνῳ πλεύρ' ἀναρρήξας βοὸς
κλινεῖ πρὸς οὖδας. τῷ δὲ δευτέραν ἐπὶ
πληγὴν ἀθαμβὴς κριὸς ἐγκορύψεται,
ἄγαλμα πήλας τῶν Ἀμυκλαίων τάφων.
ὁμοῦ δὲ χαλκὸς καὶ κεραύνιοι βολαὶ
ταύρους καταξανοῦσιν, ὧν ἀλκὴν ἑνὸς
οὐδ' ὁ Σκιαστὴς Ὀρχιεὺς Τιλφούσιος
ἐμέμψατ' ἐν χάρμαισι ῥαιβώσας κέρας
καὶ τοὺς μὲν Ἅιδης, τοὺς δ' Ὀλύμπιοι πλάκες
παρ' ἦμαρ αἰεὶ δεξιώσονται ξένους
φιλανθομαίμους, ἀφθίτους τε καὶ φθιτούς.

spiciet iacta ab aquilis illis, quae cum audient Pheraei, diffisi stupebunt. Alter enim, cum cavam stipem ilicis atrae hasta percusserit, unum ex geminis perdet, leonem pugnam cum bove inire ausum. Alter autem ense bovis latera perrumpet illumque humi prosternet. Hunc autem nova plaga intrepidus aries aggredietur, statuam sepulcri Amyclaei vibrans. Simul autem ferrum et fulgura tauros percutient, quorum alterius vires ne Apollo quidem vituperaverat, cum arcu cum eo pugnaret. Et illos inferi, hos Olympus vice cotidiana semper excipiet, hospites, fratres amicos, eosdem et mortuos et immortales.

Daemon *Προμανθεὺς Γυράψιος Δρύμνιος Αἰθίοψ* a scholiis recte ad Jovem refertur, qua de re posthac videndum erit; *σίνις* autem *καταρρακτὴρ* et *πλανήτης ὀρθάνης* Paris appellatur, quem domi recepisse dicuntur *οἵ δεινὰ κἀπόθεστα πείσεσθαί ποτε μέλλοντες*; hi quinam fuerint, ipse Lycophro infra significat, cum gravissima illa et immania, quae Dioscuris et Idae Lynceoque acciderunt, narret. Qui Paridem hospitio exceperunt; ac quo tempore Jovi libamenta offerebant, is effecit, ut inter Dioscuros et Apharidas gravis rixa vehementer exoriretur. Ac statim incidimus in locum, quem ad Cypria a Lycophrone compositum esse quavis a parte planum facere ac probare possimus. Illud enim Paridis apud Dioscuros hospitium Proclus diserte testatur, cum haec in Cypriis narrata fuisse scribat: *ἐπιβὰς δὲ τῇ Λακεδαιμονίᾳ Ἀλέξανδρος ξενίζεται παρὰ τοῖς Τυνδαρίδαις*; de Apharidis autem Pindarus paene iisdem verbis utitur ac Lycophro, et eundem Jovem infortunii auctorem vocat Nem. X 65: *καὶ πάθον δεινὸν, παλάμαις Ἀφαρητίδαι Διός*. — Pergit Lycophro narrare primum altercationes iurgiaque illata, postea certamen armorum inter Dioscuros et Apharidas ortum esse. Quam pugnam non confestim convivium ipsum excepisse, sed postea initam esse, cum Lycophro vocula *αὖθις* significat,

tum ex ea narratione quae sequitur omnino colligi potest. Ansam autem dedere et cavillandi et dimicandi Leucippi filiae raptae, utrisque cognatae, Hilaira et Phoebe. Ita enim intellegenda sunt verba *ἀνεψιαῖς ὄρνισι χραισμῆσαι γάμους βιαιοκλῶπας ἁρπαγάς τε συγγόνων χρήζοντες.* Quibus cum Lycophro addit *ἀλφῆς τῆς ἀεδνώτου δίκην*, obscure loquitur, attamen ita, ut quid cogitaverit sentire possimus. *Ἀλφή* enim, si quaerimus, non quid vere hoc vocabulum significet, sed quid de voce rarissima veteres iudicaverint, ab Hesychio sic explicatur: *ἀλφή· τιμή, ὠνή. εὕρεσις.* Quibus e notionibus ultima procul habenda est, quippe quae huic Lycophronis loco apta non sit; est trita et apud grammaticos homericos, ubicumque *ἄνδρες ἀλφησταὶ* commemorantur, passim obvia. Remotior est et exquisitior altera (*τιμή, ὠνή*) eademque usus est Lycophro in v. 1394. Quodsi ad hoc nomen accedit adiectivum *ἀέδνωτος*, quod idem est atque *ἄεδνος* (*ἄνευ ἕδνων* P scholia, opinor, secuta interpretatur), apparet matrimonium sine donis nuptialibus contractum significari. Accusativus autem *δίκην* appositionis loco ad totum enuntiatum vel potius ad participium *χραισμῆσαι χρήζοντες* apponitur, ut pugna illa poena (*δίκη*) dicatur *ἀλφῆς τῆς ἀεδνώτου.* Idem fortasse sensit paraphrasta P, cum *δίκην* exprimeret voce *χάριν.* Haec si recte disputavi, efficitur eam fabulam, cuius vestigia Lycophro premit, abhorrere quam maxime ab ea, quae vulgo narratur, Leucippi filias, quo tempore a Dioscuris raperentur, sponsas fuisse Idae et Lynceo; in hac enim re ceteri praeter Lycophronem testes paene omnes consentiunt, utut inter se differunt (Theocr. XXII 137 ss., Hyg. fab. 80, Ovid. fast. V 699—720, schol. Pind. Nem. X 112). Contra Lycophro ne verbum quidem hanc in sententiam facit; vide enim quid praedicet: *γάμους βιαιοκλῶπας ἁρπαγάς τε συγγόνων*; nihil de Apharidarum Leucippidumque nuptiis. Immo, narrat in convivio rixam exordium cepisse a verborum iurgiis, postea demum (*αὖθις*) arma capta esse, id quod fieri non poterat, si Castor et Pollux sponsas Apharidis Leucippides rapuerunt; nam hoc si factum erat, necessario sequebatur, ut Apharidae nullo temporis spatio interiecto ad persequendos Dioscuros proficiscerentur; neque poterat convivium cogitari neque verborum contumeliae locum habebant: pugna rapinam utique debebat excipere. Atque ita quidem omnes narraverunt, ne Theocritus quidem, quamquam Apharidas et Dioscuros vehementissime altercantes ante pugnam ipsam inducit, discedit ab hac fabula, cum ita narret:

τὼ μὲν ἀναρπάξαντε δύω φερέτην Διὸς υἱὼ
δοιὰς Λευκίπποιο κόρας· δοιὼ δ' ἄρα τώγε
ἐσσυμένως ἐδίωκον ἀδελφεὼ υἷ' Ἀφαρῆος,
γαμβρὼ μελλογάμω, Λυγκεὺς καὶ ὁ καρτερὸς Ἴδας.

ἀλλ' ὅτε τύμβον ἵκανον ἀποφθιμένου Ἀφαρῆος,
ἐκ δίφρων ἄρα βάντες ἐπ' ἀλλήλοισιν ὄρουσαν,
ἔγχεσι καὶ κοίλοισι βαρυνόμενοι σακέεσσι.
Λυγκεὺς δ' αὖ μετέειπεν ὑπὲκ κόρυθος μέγ' ἀύσας·
δαιμόνιοι, τί μάχης ἱμείρετε; πῶς δ' ἐπὶ νύμφαις
ἀλλοτρίαις χαλεποί, γυμναὶ δ' ἐν χερσὶ μάχαιραι;
ἡμῖν τοι Λεύκιππος ἑὰς ἕδνωσε θύγατρας
τάσδε πολὺ προτέροις· ἡμῖν γάμος οὗτος ἐν ὅρκῳ.

Ita etiam artifex anaglyphi Trysaei a Benndorfio nuperrime editi (Das Heroon von Gjölbaschi-Trysa, tab. XVII) rem exsculpsit: nam in hoc anaglypho non modo Castor et Pollux Leucippides ex templo mediisque sacrificiis nuptialibus vi abducunt, sed Idas et Lynceus equitantes et pugnantes statim illos persequuntur. Haec omnia cum Lycophrone pugnant et ab eo procul sunt habenda. Cuius verba *χραισμῆσαι χρῄζοντες ἀλφῆς τῆς ἀεδνώτου δίκην*, pugnae causam ansamque proximam aperte indicant: scilicet Dioscuri cum Leucippides raperent neque dona nuptialia Leucippo darent, ius violaverant; inde commoti Apharidae cum illis manus conseruerunt. Haec quoque aliena esse a fabula vulgari per se patet. At paullulum haeremus: conviciandi altercandique causa haec erat idonea Idae et Lynceo, praesertim in convivio: nulla erat, cur Dioscuros ad internecionem persequerentur. Poterant Leucippum avunculum amore complecti et pietate quamvis magna; sed quid Dioscuros morte ulciscuntur? nam Leucippides ipsis Apharidis sponsas non fuisse hac in fabula demonstravimus. Ergo Lycophro aliquid omisit et brevitate more suo rem obscuravit. Quibus in angustiis scholia nobis succurrunt, quae p. 120, 26 haec adnotant: *ὀνειδισθέντες γὰρ οἱ Διόσκουροι ὑπὸ τῶν Ἀφαρέως παίδων, ὡς μὴ ἐδεδώκεσαν ἕδνα ὑπὲρ τῶν Λευκίππου θυγατέρων, ἤλασαν τὰς Ἀφαρέως βοῦς,* (adde *ὡς*) *δόντες* (lege *δώσοντες*) *τῷ Λευκίππῳ· περὶ ὧν ὁ πόλεμος.* Ubi quae de prima discidii causa narrantur (*ὀνειδισθέντες — θυγατέρων*) e Lycophronis verbis interpretando vel potius divinando colligi potuisse concedo, quamquam aegre intellegitur, cur id quod Lycophro pugnae causam fuisse significaverat, ad convivium iurgiaque referatur; extrema autem, quae sunt de bubus raptis nullo pacto poterant aut e Lycophrone sumi aut fingi. Itaque scholiasta totum locum ex auctore aliquo hausit, qui fabulam integram narraverat atque ita quidem narraverat, ut eius vestigia Lycophronem secutum esse intellegamus. Nam cum Lycophrone consentit primo neque eius verba nisi scholio illo adhibito explicari certa ratione possunt; deinde Lycophrone locupletior est, sed ita, ut hiatum, quem apud hunc exstare docuimus, bene et recte expleat. Itaque hoc scholio in Lycophronis fonte inve-

stigando uti non modo licet, sed opus est. Cypriorum autem poeta quid narraverit, discimus e Procli Pindarique consensu; e quibus ille haec refert: *ἐν τούτῳ δὲ Κάστωρ μετὰ Πολυδεύκους τὰς Ἴδα καὶ Λυγκέως βοῦς ὑφαιρούμενοι ἐφωράθησαν*, hic autem sic loquitur v. 60: *τὸν γὰρ* (scil. Castora) *Ἴδας ἀμφὶ βουσίν πως χολωθεὶς ἔτρωσεν κτλ.* Itaque scholion quoque illud ad Cypria redit; nam boves raptae ibi commemorantur: .... *ἤλασαν τὰς Ἀφαρέως βοῦς ὡς δώσοντες τῷ Λευκίππῳ· περὶ ὧν ὁ πόλεμος.* Ergo Lycophro etiam hoc loco Cypria expressit.

At quaeret fortasse quispiam: nonne inter se pugnant Leucippides raptae et boves Apharidarum abductae? nonne illae, quoniam de bubus Cypria narrasse certum est, ab hoc carmine removendae sunt? Dixit in hanc sententiam Welckerus (de cycl. epico II p. 397), atque ille quidem rectissime, quandoquidem fabulam de Leucippidibus vulgo propagatam respexit, quae omni a parte a Cypriis abhorret; nam si Leucippides a Dioscuris raptae sunt, quo tempore Apharidis nupturae erant, non boves poterant pugnae causae esse. Sed eadem fabula a Lycophrone non minus abhorret; et qua ratione Leucippides abductae et boves raptae inter se cohaerere possint, scholion a nobis tractatum et ad Cypria revocatum docet. Leucippides autem in Cypriis commemoratas esse Pausanias testis est: III 16, 1 *πλησίον δὲ Ἱλαείρας καὶ Φοίβης ἐστὶν ἱερόν· ὁ δὲ ποιήσας τὰ ἔπη τὰ Κύπρια θυγατέρας αὐτὰς Ἀπόλλωνός φησιν εἶναι*; Apollinis filiae nimirum erant *φύσει*, Leucippi *θέσει*. Pindarus vero se fabulam novisse qua boves raptae una cum rebus nescio quibus coniunctae fusius et uberius tractarentur una vocula *πως* significat l. l.: *τὸν γὰρ Ἴδας ἀμφὶ βουσίν πως χολωθείς.* Itaque in Cypriis Castor et Pollux filias Leucippi e domo patris vi abduxerunt neque dona nuptialia dederunt. Paullo post cum Paridem hospitio exciperent, ad idem convivium congressi Idas et Lynceus cum Dioscuris et cum Leucippidibus aeque cognati in mediis epulis cavillabundi illos perstrinxerunt, quod Leucippi filias rapuissent donis nuptialibus non datis. Qua re infensi Dioscuri Idae et Lyncei boves abduxerunt, quas Leucippo dono obferrent. Sed Apharidae ubi primum animadverterunt quid factum esset, illos persecuti et in cursu nacti pugnam inierunt. Quodsi quis obiciat, fabulam prorsus novam Cypriis obtrudi, verum est hanc quidem apud nullum repperiri scriptorem praeter Lycophronem eiusque scholiastam; nam parum valet quod Kinkelius ex Stephani commentario rhetoricae Aristotelicae (II 23, p. 1397, b, 21) excerpsit (ad Cypr. fgm. 7). Stephanus enim se e lexico quodam homerico haec deprompsisse fatetur (Cram. Anecd. Par. I 298): *Τυνδάρεως καὶ Ἀφαρεὺς καὶ Λεύκιππος ἀδελφοί. ὁ δὲ Λεύκιππος εἶχε θυγα-*

τέρας δύο, Φοίβην καὶ Ἱλάειραν, ἃς οἱ Διόςκουροι ἔτι παρθένους οὔσας ἐξήρπασαν κτλ.[1]) Idem poterat dici, si Leucippides Apharidis sponsae erant. Sed non modo cogitari posse talem fabulam, qualem Lycophronis scholion secuti narravimus, sed fuisse quondam auctores, qui Leucippides Apharidis non sponsas a Dioscuris raptas, Dioscurorum esse autem et Apharidarum dimicationem propter boves raptas exortum referrent, Apollodori, qui dicitur, e bibliotheca discimus, ubi haec videmus scripta: III 11, 2 *τῶν δὲ ἐκ Λήδας γενομένων παίδων Κάστωρ μὲν ἤσκει τὰ κατὰ πόλεμον, Πολυδεύκης δὲ πυγμὴν καὶ διὰ τὴν ἀνδρείαν ἐκλήθησαν ἀμφότεροι Διόςκουροι. βουλόμενοι δὲ γῆμαι τὰς Λευκίππου θυγατέρας ἐκ Μεσσήνης ἁρπάσαντες ἔγημαν· καὶ γίνεται μὲν Πολυδεύκους καὶ Φοίβης Μνησίλεως, Κάστορος δὲ καὶ Ἱλαείρας Ἀνώγων. ἐλάσαντες δὲ ἐκ τῆς Ἀρκαδίας βοῶν λείαν μετὰ τῶν Ἀφαρέως παίδων Ἴδα καὶ Λυγκέως ἐπιτρέπουσιν Ἴδᾳ διελεῖν· ὁ δὲ τεμὼν βοῦν εἰς μέρη τέσσαρα τοῦ πρώτου καταφαγόντος εἶπε τῆς λείας τὸ ἥμισυ ἔσεσθαι καὶ τοῦ δευτέρου τὸ λοιπόν. καὶ φθάσας κατηνάλωσε τὸ μέρος τὸ ἴδιον πρῶτον Ἴδας καὶ τὸ τοῦ ἀδελφοῦ καὶ μετ' ἐκείνου τὴν λείαν εἰς Μεσσήνην ἤλασε. στρατεύσαντες δὲ ἐπὶ Μεσσήνην οἱ Διόςκουροι τήν τε λείαν ἐκείνην καὶ πολλὴν ἄλλην συνελαύνουσι κτλ.* Sequitur pugna ipsa eum in modum descripta, quo in Cypriis eam narratam fuisse postea demonstrabimus. Itaque fortasse erunt, qui non Lycophronem eiusque scholiastam, sed Apollodorum Cypria adiisse censeant. Ac verum est Apollodori fabulam non adversari iis quae Proclus et Pindarus de causa discidii narrant. Sed ne Lycophro quidem ab his abhorret et ipse quoque in pugna Dioscurorum et Apharidarum describenda omni a parte cum Cypriis consentit. Itaque sola auctoritas, nisi aliae rationes valerent, a Lycophrone staret. Sed Procli testimonio constat in Cypriis fuisse convivium, quo Dioscuri Paridem excipiebant; idem convivium Lycophro e Cypriis petiit, quorum vestigia certissima deteximus in iis, quae ille de hoc hospitio narrat. Quo cum convivio quam vehementissime pugnat Apollodori de praeda Arcadica fabula. Itaque per se Apollodorus nihil ad Cypria restituenda valet, sed illud inde lucramur, ut intellegamus bene cogitari posse eum fabulae nexum, quem nos in Cypriis fuisse coniecimus. Praeterea auxilio nobis veniunt artis monumenta. Quae ita perquirere, ut patefiat, qua adfinitate singula cum singulis cohaereant quaeque exempla sequantur qualemque fabulam Polygnotus expresserit, quem Leucippides raptas pinxisse Pausanias memoriae prodit (I 18, 1), archaeologorum est, non nostrum. Tamen nos quoque iuvabit paucis percensere, quid in illis insit. Ac fabulae

[1]) Reliqua quae Kinkelius excerpsit Stephanus ex Aristotele desumpsit.

vulgaris antiquissimum ac paene unum testimonium est monumentum Trysaeum, quod supra attulimus; nam nullius momenti est urna Etrusca a Rochettio edita (mon. inéd. pl. 75). Trysaeum autem anaglyphum, ut a Lycophrone Cypriisque discedit, ita ne reliquis quidem cum monumentis ulla ratione coniunctum est. Inter haec primum locum obtinent vascula, picta, quorum duae classes extant [1]). Quarum altera constat ex Midiae vasculo (a Gerhardio edito in Comment. Acad. Berol. 1839) et ex eo, quod Heydemannus publici iuris fecit (Mon. d. Inst. XII tab. XVI); huius classis duo exempla artissime inter se cohaerere Heydemannus (Ann. d. Inst. 1885, p. 158 ss.) perspexit. Altera classis constat ex cratere Coghilliano (Arch. Ztg. X, tab. 41) et vasculo Atheniensi (*Ἀρχαιολ. ἐφημ.* 1885, tab. 5), quae ipsa quoque ad unum exemplar confecta sunt. Atque in vasculis prioris classis res ita picta est, ut Dioscuri Leucippides ludentes cum sodalibus aut ancillis in lucu deae cuiusdam, cuius simulacrum conspicitur — Dianam esse aiunt viri docti — e media turba puellarum abripiant curruque avehant. Nuptiarum aut Apharidarum vestigium nullum. Contra pictus est Juppiter, qui ea quae fiunt oculis caelitus persequitur, quippe qui auctor rei sit. Quae nomina singulis figuris danda sint, inscriptionibus docemur, quibus Midias picturam suam adornavit; unde de Jove certiores fimus. In propatulo est eandem hic pingi fabulam, quam Lycophro aut eius auctor tradidit. Tamen illa pictura non ad ipsa Cypria expressa est, sed ad poetam vel artificem aliquem, qui illis fortasse usus nonnulla mutavit; nam nomina Leucippidum a Midia alia adscripta sunt ac fuere in Cypriis; altera enim ei audit *Ἐλέρα*, quam nominis formam etiam schol. Pind. Nem. X 112 [*Ἐλάειραν*] testatur, altera non *Φοίβη*, sed *Ἐριφύλη*. Reliquas autem puellas aurigamque Pollucis quod nominibus peculiaribus Midias denotat, nihil ad rem, quia de his hominibus nihil usquam traditum est. Altera vasculorum classis rem similiter depingit, cum et Jovem spectantem agnoscat et Leucippides in lucu cum puellis ludentes faciat. Sed eo differt a priore, quod deae illius simulacrum non habet. Quod discrimen propterea nullius momenti est, quia ubicumque craterem Coghillianum cum Midia aut cum vasculo Heydemanniano contuleris, facile intelleges, nonnullas utriusque figuras ita inter se respondere, ut utramque classem ex eodem exemplo fluxisse necesse sit. Sed confir-

---

[1]) Disputavit de his picturis Heydemannus, Ann. d. Inst. 1885, p. 158 ss., ubi ceteri qui eadem de re scripserunt enumerantur. Vasculum Hallense, a Kuhnerto recte ad Leucippides relatum (Arch. Jahrb. I, tab. 10, 2; II p. 271 ss.) ita mutilatum est, ut paucissima cognosci possint.

matur, quod supra dixi, nuptias Leucippidum Apharidarumque ab his picturis fuisse alienas. Idem cadit in sarcophagum Panticapaeensem, a Bursiano editum (Arch. Ztg. X tab. 41, 1. 2). Quae pictura, cum neque cum vasculis neque cum sarcophagis Romanis cohaereat, sed per se stet, momenti est summi; atque hic quoque non in templo aut ad nuptias paratae Leucippides pictae sunt, sed cum cygnis sub divo ludibundae. Etiam anaglypha Romana (anaglyphum, quod edidit Bursianus AZ X, tab. 40, 3; sarcophagi tres: Gal. Giust. II 138, Mus. P.-Clem. IV 44, Winckelm. Mon. in. 41), quae unum exemplum imitari Bursianus vidit (l. l. p. 436 ss.), neque Idam aut Lyncea[1]) neque nuptias aut templum neque simulacrum noverunt, sed ibi quoque nihil exsculptum est, nisi Leucippides e puellarum comitumque turba a Dioscuris abreptae. Tamen concedo rem tum demum fore absolutam et ad liquidum perductam, ubi in scholiis huius loci Cypria adhibita esse vere docuerimus, id quod postea fore ut nobis eontingat spero.

Ac si quis dubitat, num recte haec disseruerimus, ea saltem quae sequuntur Lycophro omnia Cypriis debet. Eo enim procedit, ut pugnae locum designet: v. 550 ἦ πολλὰ δὴ βέλεμνα Κνηκιὼν πόρος ῥιφέντα . . . ἐπόψεται, ἄπιστα καὶ θαμβητὰ Φηραίοις κλύειν. Cnecio est fluvius Spartanus, cuius scientiam praeter Lycophronem una lex Lycurgi servavit, quam memoriae tradit Plutarchus in vita Lycurgi: VI *Διὸς Συλλανίου καὶ Ἀθανᾶς Συλλανίας ἱερὸν ἱδρυσάμενον, φυλὰς φυλάξαντα καὶ ὠβὰς ὠβάξαντα, τριάκοντα γερουσίαν σὺν ἀρχαγέταις καταστήσαντα, ὥρας ἐξ ὥρας ἀπελλάζειν μεταξὺ Βαβύκας τε καὶ Κναχιῶνος, οὕτως εἰςφέρειν τε καὶ ἀφίστασθαι· δάμῳ δὲ τὰν κυρίαν ἦμεν καὶ κράτος.* Plutarchus autem cum hunc Cnacionem fluvium eundem esse dicat, quae tum vocitetur Oenus (. . . *καὶ τὸν Κναχιῶνα νῦν Οἰνοῦντα προςαγορεύουσιν*) Aristotelem videtur sequi, eum certe hanc rhetram tractavisse et a Plutarcho adhibitum esse verba proxima docent: . . . . *Ἀριστοτέλης δὲ τὸν μὲν Κναχιῶνα ποταμόν.* Praeter hanc rhetram Spartanam nihil erat praesto, unde veteres ipsi de Cnacione certiores fierent; nam Plutarchus in Pelopidae cap. XVII ad eandem redit neque Herodiani locus a Sauppio in epistola critica (p. 68) adlatus ultra eam egreditur. Lycophro autem num eandem de Cnacionis situ sententiam sibi imbuerit quam Plutarchus, nescimus, neque quidquam interest hoc scire; nam, quod summum est, certum est Cnacionem fluvium esse Spartanum, Spartanorumque in finibus Dioscuros et

---

[1]) Qui enim Viscontio auctore Idas et Lynceus esse dicuntur duo viri in sarcophagis sculpti, ad illos referri nullo pacto possunt, quia inter se luctantes inducuntur. Cf. Bursianum l. l.

Apharidas in certamen descendisse v. 559 testis est, ubi Amyclarum mentio fit. Pheraei, autem qui v. 552 dicuntur *ἄπιστα καὶ θαμβητὰ κλύειν*, Messenii sunt, quia si pugnae narrationem postea audiunt, ab pugna ipsa abesse debent: ac notum est, Apharidas ipsas esse Pheraeos (cf. Wilamowitzii Isyll. p. 55,29). Si autem apud Lycophronem pugna in Laconica committitur, iterum consensum Cypriorum nanciscimur, quorum fragmentum a schol. Pind. Nem. l. l. servatum sic incipit: *αἶψα δὲ Λυγκεὺς Ταΰγετον προςέβαινε ποσὶν ταχέεσσι πεποιθώς· ἀκρότατον δ' ἀναβὰς διεδέρκετο νῆσον ἅπασαν Ταντα-λίδου Πέλοπος.* Nimirum Lynceus ex Messenia, unde oriundus est, proficiscitur; neque vero opus esset summum Taygeti cacumen ascendere, si ii, qui boves arripuerunt, in Taygeti parte ad Messeniam versa commorarentur; ubi si essent, Lynceus eos assequeretur, priusquam summos montes tangeret. Itaque Dioscuri cum bubus raptis iam in Taygeti parte Laconica erant.

In pugna autem ipsa describenda Lycophro Pindarusque inter se et cum Cypriis adeo consentiunt, ut quae ratio inter eos intercedat, dubium esse nequeat. Nam et Pindarus et Cypriorum poeta narrant Lyncea Castorem in medio arboris stipite sedentem deprehendisse, Idam eum interfecisse; uter Apharei filius Castorem deprehenderit, Lycophro non dicit, sed ipse quoque tradit Idam Castorem in media arbore occultum interemisse:

Lycophro	Pindarus	Cypria
553 *ὃ μὲν κρανείᾳ κοῖλον οὐτάσας στύπος φηγοῦ κελαινῆς διπτύχων ἕνα φθερεῖ.*	60—62 *τὸν γὰρ Ἴδας ἀμφὶ βουσίν πως χολωθεὶς ἔτρωσε χαλκέας λόγχας ἀκμᾷ. ἀπὸ Ταϋγέτου πεδαυγάζων ἴδεν Λυγκεὺς δρυὸς ἐν στελέχει ἥμενον.*	schol. Pind. Nem. l. l.: ... *τάχα δ' εἴσιδε κύδιμος ἥρως* ... *ὀφθαλμοῖσιν ἔσω κοίλης δρυὸς ἄμφω Κάστορά θ' ἱππόδαμον καὶ ἀεθλοφόρον Πολυδεύκεα. νύξε δ' ἄρ' ἄγχι στὰς μεγάλην δρῦν.* Proclus: *καὶ Κάστωρ μὲν ὑπὸ τοῦ Ἴδα ἀναιρεῖται.*

Atque hic quidem is locus est, unde a scholiis Cypria adhibita esse demonstrare possimus. Pindari enim in verbis *ἥμενον* quod scripsi verissimae Aristarchi coniecturae debetur, quae non solum fabula, sed nexu sententiarum ac verborum flagitatur. Itaque paullulum deflectit Pindarus a Cypriis, quorum poeta Dioscuros ambos in stipite ilicis sedentes fecit. Ne Lycophro quidem utrumque Dioscurorum in ilice

occultum inducit; nihilosecius a Pindaro, non a Cypriis recedit; nam cum Pindarus Cypriorum fabulam vere mutaverit, Lycophro nihil eam nisi decurtat: ea enim quae inter initium dissensionis et mortem Castoris gesta sunt, prorsus omisit, quod abbreviandi studium ad Cassandram vaticinantem optime quadrat, neque Lyncea e cacumine Taygeti speculantem neque Dioscuros insidiantes adtigit, sed fabulam interruptam eo temporis momento continuat, quo Idas Castorem adoritur. Eadem vero, quae Cypriorum versus complectuntur, Lycophro transsiluit eius scholiasta narrat ad v. 553: p. 121, 5 *Πολυδεύκης καὶ Κάστωρ ἐκρύβησαν ἐν κοιλώματι δρυός κτλ.* Ergo Cypriis utique usus est scholiasta et confirmatur, quod supra contendimus, scholion v. 548 (p. 120, 26) e Cypriis fluxisse.

Lycophro autem cum ad v. 554 proximum adnectat (555 *λέοντα ταύρῳ συμβαλόντα φύλοπιν*) leonem Castorem, taurum Idam appellat, et cum pergat (556) *ὃ δ' αὖ σιγύμνῳ πλεύρ' ἀναρρήξας βοὸς κλινεῖ πρὸς οὖδας*, pronomine *ὃ* Pollucem, substantivo *βοὸς* Lyncea significat. Deinde cum scribat *τῷ δὲ δευτέραν ἐπὶ πληγὴν ἀθαμβὴς κριὸς ἐγκορύψεται*, pronomine *τῷ* Pollucem nominat, arietem autem Idam vocat, qui priore plaga Castorem icit, altera Pollucem occisurus est. Ceterum hic quoque omnes testes conspirant:

Lycophro 556 ss.	Pindarus	Cypria
ὃ δ' αὖ σιγύμνῳ πλεύρ' ἀναρρήξας βοὸς κλινεῖ πρὸς οὖδας· τῷ δὲ δευτέραν ἔπι πληγὴν ἀθαμβὴς κριὸς ἐγκορύψεται, ἄγαλμα πήλας τῶν Ἀμυκλαίων τάφων ὁμοῦ δὲ χαλκὸς καὶ κεραύνιοι βολαὶ ταύρους καταξανοῦσιν (scil. Apharidas).	65 *αὐτίκα γὰρ ἦλθε Λήδας παῖς διώκων· τοὶ δ' ἔναντα στάθεν τύμβῳ πατρωΐῳ· ἔνθεν ἁρπάξαντες ἄγαλμ' Ἀΐδα, ξεστὸν πέτρον ἔμβαλον στέρνῳ Πολυδεύκεος· ἀλλ' οὔ νιν φλάσαν οὐδ' ἀνέχασσαν· ἐφορμαθεὶς δ' ἄρ' ἄκοντι θοῷ ἤλασε Λυγκέος ἐν πλευραῖσι χαλκόν. Ζεὺς δ' ἐπ' Ἴδᾳ πυρφόρον πλᾶξε ψολόεντα κεραυνόν, ἅμα δ' ἐκαίοντ' ἐρῆμοι.*	Proclus: *καὶ Κάστωρ μὲν ὑπὸ τοῦ Ἴδα ἀναιρεῖται, Λυγκεὺς δὲ καὶ Ἴδας ὑπὸ Πολυδεύκους.*

Consensus manifestus est, dummodo memoria teneamus, Proclum ut excerptorem omnia decurtata in brevissimam formam redigere.

Finem autem faciunt Lycophro et Pindarus, cum idem narrent, quod in Cypriis fuisse Proclus testatur et Clemens Alexandrinus (protr. II 30), Polluci roganti Jovem permisisse, ut alterna vice alterum diem

uterque mortuus apud inferos, alterum uterque in luce vivus degeret. Cf. Lyc. 564—566 = Pind. Nem. X 76—90 = Clem. Al. protr. II 30 = Procl. (*καὶ Ζεὺς αὐτοῖς ἑτερήμερον νέμει τὴν ἀθανασίαν*. Disputatione supersedeo.[1])

Auctorem Lycophronis enucleavimus; nunc ad scholia videndum erit quid inde redundet. Ac dixi uno saltem loco scholia Lycophronis auctorem consuluisse, cum ad v. 548 p. 120, 26 fabulam plenam exponerent. Idem factum est, cum vv. 553–558 explanarent. Praeterea nullo verbo Lycophro dicit sepulcrum Amyclaeum Apharei fuisse. Tamen scholiasta p. 121, 8 *Ἴδαν δὲ* inquit *ὁ Ζεὺς ἐκεραύνωσε, πρότερον τοῦ Ἴδου τὴν στήλην ἐκ τοῦ τάφου τοῦ πατρὸς ῥίψαντος ἐπὶ τὸν Πολυδεύκη*. Patris autem fuisse sepulcrum, Cypriorum poeta narraverat, teste Pindari v. 66, ubi de Amyclis nihil. Etiam Hilairam et Phoeben nomina Leucippidum scholiasta novit pag. 120, 24, ac fortasse ea omnia, quae de genere Oebali disserit, Cypriis debet. Nihilominus dubitandum est, num scholiasta Cypria ipsa evolverit. Eorum notitiam potius videtur debuisse compendio alicui aut auctori grammatico: Demetrium nominat; p. 120, 1 *περὶ τῶν Διοσκούρων καὶ Ἴδα καὶ Λυγκέως πρὸς ἀλλήλους μαχομένων φησὶ Δημήτριος*. Qui quis fuerit, nescio, fortasse Scepsius, quippe qui et bene potuerit in libro qui inscriptus erat *περὶ τοῦ Τρωϊκοῦ διακόσμου* has res ad originem belli Troiani aliquo modo spectantes percensere et a scholiis alias quoque adhibeatur (p. 118, 18). Sed quod gravissimum est, scholiasta potuit scire et scivit, quae in Cypriis narrarentur. Itaque etiam convivii vel sacrificii illius, unde narratio egressa est, notitiam habebat, ac pendent paraphrases vv. 535—543 ex huius carminis scientia, et bona (120, 3—18) et duae deteriores ac recentiores, a sciolis meliore

---

[1]) Unum locum seposui, quippe qui ad aliam fabulam pertineret, vv. 561—563. Quos versus ad Marpessam Apollinisque et Idae de ea certamen scholiasta iure rettulit (p. 121, 23—25). Fortasse haec quoque fabula in Cypriis erat: certe cum in Cypriis Leucippides raptae Apharidarumque mors narrarentur, facillime fieri poterat — ne dicam debebat —, ut res illa commemoraretur; accedit, quod non vv. 535—566, sed etiam vv. 567—583 Cypria Lycophro expressit; cf. schol. 570, modo p. 122, 22; itaque in magno ac continuo Cypriorum fragmento videmur esse. Ac vetustissima est Marpessae fabula: Homerus, ad quem scholia p. 122, 1 nos remittunt: *τὰ δὲ περὶ Ἴδου καὶ Ἀπόλλωνος ἀγωνίσματος* (*γνωρίσματος* A) *καὶ Ὅμηρος ἐν τῇ ι* (I 556 ss.), eandem ita praestringit, ut eam antea notissimam fuisse planum fiat; cf. schol. T ad I 558: *ὡς διάσημον οὖν τὴν ἱστορίαν περιείργασται* (foeda est interpolatio cod. B: *οὕτως δὴ Σιμωνίδης τ. ἱ. π.*); ac Lycophro Homero paullulum locupletior est.

illa usis confectae (p. 119, 21[1]) et p. 119, 16—20)[2]). Ergo antiquissimae paraphrasis auctor e Cypriis comparando et ratiocinando cognoscere potuit Jovem esse deum illum, quem Lycophro rixam movisse dicit, e Cypriis cognoscere potuit, cui deo Dioscuri libaverint; neque praeter Jovis nomen quidquam est in paraphrasticis scholiis. Tamen olim plura adnotata erant; T enim ponit ad v. 536 haec: *ὁ Δρύμνιος δαίμων ὁ Ζεύς. Δρύμνιος δὲ παρὰ Παμφυλίοις, Προμανθεὺς παρὰ Θουρίοις, Αἰθίοψ δὲ καὶ Γυράψιος παρὰ Χίοις*, et ad v. 542: *Κράγον δὲ τὸν Δία ἐτίμων ἐν Λυκίᾳ.* Ergo praeter auctorem fabularem scholiasta alios adiit, unde disceret ea quae de Jovis cognominibus affert; quos nec cum Lycophrone interpretando nec cum fabulis ab eo tractatis cohaerere, sed *ἐπικλήσεις* ipsarum causa tractavisse propterea manifestum est, quia gentes nominant a Lycophrone reliquisque scholiis quam alienissimas: quid enim Pamphyliis, Thuriis, Chiis, Lyciis cum Paride aut cum Dioscuris?

Verum pergamus exempla proponere, cumque tam diu longeque in Cypriis versati simus, alter locus proximus erit, quo Telephi in Mysia infortunium tractat Lycophro v. 211—215: *ᾧ* (scil. Agamemnoni) *θυμάτων πρόσπαιον ἐκτίνων χάριν δαίμων Ἐνόρχης Φιγαλεὺς Φαυστήριος* (id est Bacchus) *λέοντα* (Telephum) *θοίνης, ἴχνος ἐμπλέξας λύγοις, σχήσει, τὸ μὴ πρόρριζον ἀστῶσαι στάχυν κείροντ' ὀδόντι καὶ λαφυστίαις γνάθοις.* Quos versus facillime expedire poterat, cui Cypria sive integra sive excerpta in manibus erant; neque poterat in hac notissima fabula ambigi, quin deus, qui pedes Telephi vitis sarmentis ac claviculis implicabat, esset Liber; tamen ad epitheta v. 212 in scholiis multa adduntur, eaque non modo bona ac docta, sed a Lycophrone et fabula Cypriorum plane aliena.

---

[1]) legendum p. 119, 25 *καὶ εἰς μάχην ἐλεύσονται περὶ τῶν Λευκίππου θυγατέρων Φοίβης καὶ Ἱλαείρας, ἃς ἁρπάσαντες τοῖς* (οἱ A) *περὶ τὸν Ἴδαν προκατεγγυηθείσας οἱ Διόσκουροι* (*τοῖς Διοσκούροις* A) *εἰς μάχην κατέστησαν.* Hanc paraphrasim non ab eodem conscriptam esse, a quo antiquior confecta est, inde patefit, quod iis ipsis verbis, quos exscripsi, si quis Lycophronem explicare studebat, idem non poterat fabulam adnotavisse, quae inest in narrationcula supra tractata (p. 120, 26; cf. supra p. 21). Tamen recentior hic paraphrasta ea quae scit debet antiquioris diligentiae. Explicationem autem pessumdedit, quia eam ad tritae fabulae normam falso redegit.

[2]) Hanc interpretationem recentissimam et pessimam esse inde cognoscimus, quia Paridis apud Dioscuros hospitium cum Menelao commutatur. Idem qui hoc scholion confecit verba *ὀρθάγην δὲ κατὰ γλῶσσαν τὸν ξένον· λέγει δὲ τὸν Ἀλέξανδρον* ex antiquiore scholio (p. 120, 3. 4) transcripsit.

Tertius locus est de Jove Comyro. Lycophro enim v. 457 ss. narrat Aiacis corpus totum vulnerari non potuisse praeter unum locum, quem Hercules, cum Telamoni obsecutus *καταίθων θύσθλα Κωμύρῳ* infantulum Aiacem deorum gratiae commendaret, pharetra obtexisset. Scholiasta, ut hos versus explicaret, non modo Pindarum evolvit, qui in carmine Isthmico quinto eandem rem fuse tractavit, sed etiam Aeschyli *Θρήσσας* adiit. Qua in fabula quid Aeschylus scripserit, non accuratius scimus; sed sufficit Pindarus; qui cum Jovem diserte nominaret (v. 42 Hercules ita orat *εἴποτ' ἐμᾶν ὦ Ζεῦ πάτερ θυμῷ θέλων ἀρᾶν ἄκουσας κτλ*), scholiasta sciebat, quis *Κώμυρος* esset, nam dei alicuius esse hanc *ἐπίκλησιν* e verbis *καταίθων θύσθλα* colligendum erat. Nihilominus hic quoque per se aliena adduntur haec: schol. p. 110, 19 *Κώμυρος γὰρ ὁ Ζεὺς ἐν Ἁλικαρνασσῷ τιμᾶται.*

Quartum exemplum praebent v. 521 ss. Ibi de Troia haec cum dicerentur: *οὐκ ἂν τὰ χειρώνακτες ἐργάται διπλοῖ, Δρύμας τε καὶ Πρόφαντος ὁ Κρώμνης ἄναξ, ἐλατύπησαν κοιράνῳ ψευδωμότῃ, ἓν ἦμαρ ἀρκέσειε πορθηταῖς λύκοις στέξαι βαρεῖαν ἐμβολὴν ῥαιστηρίαν*, in propatulo erat, *κοιράνῳ ψευδωμότῃ* Laomedonta significari, *ἐργάται διπλοῖ* Apollinem et Neptunum appellari. Itaque e duobus cognominibus, quae sequebantur, alterum Apollinis alterum Neptuni erat. Quae ut recte distribueret, scholiasta primum auctorem geographicum de voce *Κρώμνης* consuluit, a quo nactus est quod petebat: *Κρῶμνα Παφλαγονίας πόλις, ἐν ᾗ Ποσειδῶνος ἱερόν ἐστι κτλ*: ergo in aperto erat, *Πρόφαντον* cognominari Neptunum; quod si inventum erat, etiam *Δρύμας* explicatus erat. Tamen de utroque epitheto in scholiis adduntur paucissima illa quidem, sed ita comparata, ut peculiarem auctorem scholiastam sequi patefiat, nam *ἐπικλήσεως* formam scholiasta aliam exhibet ac Lycophro; cui cum Apollo *Δρύμας* audiat, scholiasta *Δρύμαιον* novit: p. 117, 22 *Δρύμαιος δὲ ὁ Ἀπόλλων τιμᾶται, καὶ Πρόφαντος ὁ Ποσειδῶν.*[1])

His exemplis similia habes in scholiis vv. 129. 152 156—160. 208. 265. 351. 356. 403. 426. 577. 614. 651. 835. 920. 936—938. 985. 1124. 1152. 1152. 1327. 1377.

Ac per proprium fontem *ἐπικλήσεων* notitiam ad scholiastam pervenisse, iis maxime locis elucet, quibus de cognomine aliquo in scholiis disputatur, quamquam in Lycophronis verbis nullum inest.

---

[1]) T cum ad vocem Δρύμας v. 522 adnotaret: Δρυμαῖος ὁ Ἀπόλλων παρὰ Μιλησίοις, de Apolline Didymaeo cogitavit.

Velut Mercurius cum dicatur a Lycophrone *Νωνακριάτης τρικέφαλος φαιδρὸς θεός*, adiectiva *τρικέφαλος φαιδρὸς* non sunt *ἐπικλήσεις*, sed poetice adtributa deo. Tamen scholiasta docte et sagaciter a Lycophrone Mercurium *φαιδρὸν* appellari exponit, quia in Boeotia Mercurius *Λευκός* coleretur, cuius cultus *αἴτιον* T quamvis mutilatum servavit. Mercurii autem *Λευκοῦ* Lycophro ne verbo quidem mentionem facit. Aut Lycophro vv. 469 ss., cum verba facit de Troia ab Hercule et Telamone diruta, nullo pacto ad ea spectat, quae in scholiis adnotantur, ut *πυργοσκάφον* Telamonem dici demonstretur: p. 111, 23 *ἱστορεῖ γὰρ Ἑλλάνικος ὅτι καὶ πρὸ τοῦ Ἡρακλέους εἰςελθὼν εἰς τὴν Τροίαν ὁ Τελαμὼν καὶ μέρος τι τοῦ τείχους καταβαλὼν, εἶτα παρατηρήσας καὶ μαθὼν δυςχεράναντα τούτου ἕνεκα τὸν Ἡρακλέα, Ἀλεξικάκου Ἡρακλέους βωμὸν ἱδρύσατο καὶ τὴν ἐπὶ τῷ πεπραγμένῳ αὐτοῦ ὀργὴν ἐθεράπευσε.* Hercules *Ἀλεξίκακος* cum nulla adfinitate cum Lycophrone coniunctus sit, tota autem fabella in *αἴτιον* huius cultus exeat, haec quorsum pertineat, in luce est. Aut v. 1303 cum Lycophro Cretensium Troiam a Teucro deductam coloniam muriumque portentum enarrat, scholiasta bene ad Polemonem provocat, quem eadem de re rettulisse Clem. Al. protr. II 39 testis est. Sed ne hoc quidem scholion in id desinit, quod Lycophro expressit, sed in *ἐπίκλησιν* explicandam; haec enim sunt ultima verba scholiastae: *ὅθεν καὶ ὁ Ἀπόλλων Σμινθεὺς ἐκλήθη· σμίνθοι γὰρ παρὰ Κρησὶν οἱ μῦες:* quem cultum Lycophro non commemorat. Similiter ad v. 1225 (*λώβαισιν αἰκισθέντας Ὀγκαίου βόθρου*) Cereris templum Oncis Arcadicis conditum scholiasta respicit, sed eo nomine, ut Cereris epitheton *Ἐρινύος* illo loco celeberrimum ad versum explicandum adhibeat: *Ὀγκαίου τινὲς τῆς Δήμητρος, τουτέστιν ἐριννώδους, παρ' ὅσον ἐν Ὄγκαις τῆς Ἀρκαδίας Δημήτηρ Ἐρινὺς τιμᾶται, ὡς καὶ Καλλίμαχος·* (fgm. 207) *τὴν μὲν ὄγ' ἐσπέρμηνεν Ἐρινύϊ Τιλφωσαίῃ.* Nihil apud Lycophronem de Cerere: scholion in hoc cognomine prorsus nititur. Eandem vero de eadem Cerere doctrina scholiasta cum tribus inter se diversis locis apponeret (153. 1040. 1225), apparet eum ante oculos habuisse librum aliquem, quo diserte de hoc cognomine agebatur. Etiam de Jove Neptunoque Erechtheo eandem scientiam duobus locis scholiastam divendere supra exposuimus (153. 431); idem in Herculem *Ἀλεξίκακον* cadit, quae *ἐπίκλησις* ad v. 469 et ad. v. 663 usurpatur; eademque Veneris *Τροιζηνίας* explicatio et ad v. 449 et ad. v. 610 adscripta est. Ex eodem genere Juppiter *Ἀγαμέμνων* est, quo de cognomine ad v. 1123 scholiasta adnotat: *οἱ Λακεδαιμόνιοι ἱδρύσαντο Ἀγαμέμνονος Διὸς ἱερὸν εἰς τιμὴν τοῦ ἥρωος.* Eodem loco usus est, cum v. 1369 explicaret. Ubi cum Lycophro scripsisset: *πρῶτος μὲν ἥξει Ζηνὶ τῷ Λα-*

περσίῳ ὁμώνυμος Ζεύς, scholiasta primum, ut adtributum *Λαπερσίῳ* interpretaretur, geographum, ut par erat, adiit auctorem; cui haec debet: *Λάπερσαι δῆμος τῆς Λακωνικῆς*: ita enim correxit traditam (AT) scripturam *τῆς Ἀττικῆς* Wilamowitzius; nam Lapersae est vicus Spartanus, non Atticus. Hac cum explicatione scholiasta de Jove Agamemnone quae comperta habebat coniunxit, cum adderet: *ἔνθα Ἀγαμέμνονος Διὸς ἱερόν ἐστιν*; quae eadem sunt atque ea, quae ad v. 1123 adscripsit. Sequitur paraphrasis nisa in *ἐπικλήσεως* interpretatione: *ὁ ὁμώνυμος σὺν τῷ Λαπερσίῳ Διὶ* (adde *Ζεύς*), *ὁ Ἀγαμέμνων, ὅστις ἐπὶ Ἴλιον στρατεύσει* (*ἐστράτευσεν* AT).

Sed comprehendendum quid adhuc enucleaverimus. Quae in scholiis de deorum cognominibus aderuntur, ex iis aut totius loci interpretatio ita pendet, ut paraphrasis ab eodem homine confecta sit, a quo *ἐπικλήσεων* doctrina non excogitata aut congesta, sed scholiis illata est; aut praeter auctores fabulares et geographos ita usurpantur, ut ea a ceteris scholiorum fontibus diversa fuisse et e peculiari fonte fluxisse appareat. Praeterea nonnunquam deorum cognomina tractantur iis locis, quo videantur non pertinere aut certe Lycophro ansam dederit nullam, cur commemorarentur. Coniectura igitur ab hac quoque parte verisimilis est librum aliquem de deorum cognominibus conscriptum in scholiis usurpari. In eandem coniecturam incidemus, ubi primum ea perquisiverimus, quae de *ἐπικλήσεων* notione atque origine in scholiis memoriae produntur. Nam paene omnia ita comparata sunt, ut ad Lycophronem resque ab hoc tractatas omnino non spectent; ea veriloquia quibus *ἐπικλήσεις* explicantur, nihil ad Lycophronem; sed scripta certe omnia ab iis, qui primi ea scripserunt, utique non eam ab causam, ut Lycophro explicaretur, sed ut *ἐπικλήσεις* illustrarentur: ac loci, qui nominantur per totam Graeciam et Asiam dispersi, a Lycophrone ne adtinguntur quidem, neque quidquam aliud agitur nisi ut aut cur deus aliquam *ἐπίκλησιν* acceperit aut ubi ea in usu fuerit exponatur. Qui autem haec collegit, ei non solum poetae adeundi erant — id enim scholiastae concederemus —, sed etiam singularum urbium historici aliique scriptores varii generis; aliter enim multa inveniri non poterant. Tantam autem talemque doctrinam non congerit, qui Lycophronem commentario prosecuturus est, sed is qui *ἐπικλήσεις* tractandas sibi proposuit. Accedit quod, si unus scholiasta omnia collegisset Lycophronis causa, unius manus indicium aliquod sive argumentorum paritate sive ratiocinandi similitate nancisceremur; contra quaecumque in scholiis de deorum cognominibus scripta sunt, ut ab aliis auctoribus discedunt ac per se stant, ita compilationis speciem manifestam prae se ferunt. Nam primum eadem *ἐπίκλησις* non una ratione, sed dupliciter vel tripliciter saepius expli-

catur, unde diversorum auctorum vestigia cognoscimus; cf. quae ad Themidem *Ἰχναίαν*[1]) (schol. 26, 18, P 129), ad Cererem *Ἑρκυνναν* (153; PT) et *Θουρίαν* (153; schol. 79, 18; P 153), ad Bacchum *Ἐνόρχην* (212; schol. p. 85, 17), ad Venerem *Μορφώ* (449; schol. p. 109, 4), Herculem *Παλαίμονα* (663; schol. p. 132, 14) adnotantur: ne haec quidem scholiastae sunt, qui Lycophronis verba interpretatur, sed eius qui *ἐπικλήσεσι* colligendis et explicandis operam dat. Eandem autem interpretandi diversitatem per totum commentarium licet animadvertere: modo enim *ἐπικλήσεις* ex veriloquiis (153. 212), modo e locis templorum (129. 152. 153. 403. 440. 448), modo e deorum numine ac potestate (129. 153. 403. 577. 633. 705. 835. 1246) explicantur, modo *αἴτιον* fabella narrata apponitur (153. 160. P 208. 265 449. 652. 663. 985).

Compilatoris manum indicat etiam auctorum et locorum laudatorum multitudo; nam urbes, insulae, provinciae, gentes nominantur hae: *Abdera* (440), *Arcadia* (212. 400. 431. 1040), *Argus* (Et. M. p. 208, 2; ad. v. 986), *Athenae* (431. 766), *Boeotia* (T 153. 519. 562), *Chius* (537), *Corinthus* (658), *Cyprus* (448. 831), *Delus* (767), *Elis* (160. 562. 614), *Halicarnassus* (459), Iberia (663), Ichnae (129), *Lacedaemon* (449. 563. 1124), *Lesbus* (212), *Lycia* (542), Melina (403, Stephanus Byz. s. v.), *Miletus* (722), *Oncae* (1225), *Pamphylia* (536), *Samus* (831), *Telphusa* (212. 1225), *Thebae* (519), *Thurii* (153. 536), *Trozen* (449. 610), Tyrrhenia (162); scriptores autem afferuntur hi: Aeschylus (1246), *Callimachus* (153. 617. 1225)[2]), Dionysius *Σικωναῖος* (sic T; *Σκυμναῖος*, quod A habet, nihili est), Hellanicus (469), *Pindarus* (440), *Polemo* (1303; cf. supra p. 31).

---

[1]) Lycophronis verba ipsa (v. 129) nec scholiasta nec qui illum sequitur Scheerius recte distinxit. Commate enim post *δίκης* deleto et ad *βραβεύς* translato est scribendum: *κεῖνός σε* (Proteus Alexandrum), Γουνεὺς *ὥςπερ, ἐργάτης δίκης τῆς ϑ'* Ἡλίου *ϑυγατρὸς Ἰχναίας βραβεύς, ἐπεςβολήσας λυπρὰ νοσφιεῖ γάμων.* Verba *ἐργάτης δίκης* ad *κεῖνος*, non ad Γουνεύς, appositive adnectenda sunt eademque ratione nominativus *βραβεὺς* cum voce *κεῖνος* coniungendus est. Contra erravit scholiasta cum explicaret: *ἐκεῖνός σε ὁ* Πρωτεὺς *ὥςπερ ὁ τῆς δίκης ἐργάτης* Γουνεὺς *στερήσει τῶν γάμων.* ὁ Γουνεὺς δὲ οὗτος Ἄραψ *ἦν τὸ γένος καὶ δίκαιος πάνυ, ὅςτις διὰ δικαιοσύνης* (*δικαιοσύνην* AT) *στασιάζοντάς ποτε τοὺς* Φοίνικας *καὶ* Βαβυλωνίους *ἐλϑὼν μετήλλαξε, σταλεὶς ὑπὸ* Σεμιράμιδος *κτλ.*

[2]) Callimachus olim fuit etiam in scholiis v. 162; ubi P: Καδμῖλος ὁ Ἑρμῆς *ἐν* Τυρρηνίᾳ (= Et. Gud. 290, 22). Confer Macrob. III 8, 6 (= schol. Verg. Aon. XI 543. 558): *nam Statius Tullianus de vocabulis rerum libro primo ait dixisse Callimachum Tuscos Camillum appellare Mercurium, quo vocabulo significant praeministrum deorum.*

Inde suspicari licet, quam egregia olim fuerit scholiastae vel auctoris, quem scholiasta exscripsit, doctrina; nam olim erant congesta, quaecumque quoque de epitheto sciri poterant, nunc iniuria eorum, qui scholia decurtaverunt, nihil manibus tenemus nisi miseras lacinias; saepissime enim aut deest explicatio, aut locus quo deus colitur omittitur; plerumque autem nomina auctorum interciderunt; nonnumquam factum est, praecipue sub finem commentarii, ut nihil restaret nisi nomen dei ad *ἐπίκλησιν* diserte relatum.



G. Wentzel

VI

De Pausania periegeta

Quicumque hac nostra aetate de Pausania periegeta disserunt, eorum id plurimum solet interesse, utrum Pausanias ea quae describit suis oculis viderit an scientiam, quam ubique ut suam prae se fert, aliis auctoribus debeat. Ea autem quam nos persequimur disputatio alio tendit neque quidquam cum illa lite, quae adhuc inter viros doctos viget, commune habet. Nobis enim, qui de ἐπικλήσεων doctrina agere instituerimus, quoniam Pausaniam praeter eas operis sui partis, quae in describendo versantur, diversi generis libros, historicos, mythographos, alios, usurpasse ab omnibus concessum est, id imprimis erit videndum, ex iis, quae de deorum cognominibus Pausanias tradit, quaenam periegesis sint, quae periegesis non sint. Cuius non sunt, quae esse non possunt, sive suis sive aliorum commentariis usus Pausanias eam conscripsit; neque in nostra quaestione ab hac lite pendemus, immo, haec, nisi discreverimus, quid ad describendam Graeciam pertineat, quid ad alios auctores revocandum sit, diiudicari numquam poterit.

Ac primum periegesis sunt omnia, quaecumque in iis nituntur, quae oculis poterant conspici, sive Pausanias in describendo accquiescit sive rationes adnectit, quae inde proficiscuntur nec ultra ea egrediuntur, quae omnibus erant conspicua. Itaque eae ἐπικλήσεις ad auctores periegeticos referendae sunt, quibus praeter nomen dei nihil additur nisi ubi templum aut ara aut statua sita sit; quas eo certius periegesi adscribimus, quo accuratius loci sacrorum describuntur. Sed apparet etiam aliquantam partem explicationum epithetis deorum additarum periegeticam esse, eas certe omnes, quaecumque de nominibus aut quibusdam proprietatibus locorum depromptae sunt, quibus templa condita sunt; nam tales explicationes quivis, qui regionem aliquam peragrat, vel ipse invenire vel ab aliis audire potest. Velut nulla est causa, cur haec e periegesi segregemus: II 24, 1 τὸ δὲ ἄγαλμα

τὸ νῦν χαλκοῦν ἐστιν ὀρθόν, Δειραδιώτης Ἀπόλλων καλούμενος, ὅτι καὶ ὁ τόπος οὗτος καλεῖται Δειράς. Ac multae quidem *ἐπικλήσεις* ita afferuntur, ut non diserte e locis explicentur, sed ita cum his nullo commentario addito coniunguntur, ut qua ratione loci et *ἐπικλήσεις* cohaereant, primo obtutu perspiciatur; ut VIII 23, 3 *Καφυάταις δὲ ἱερὰ θεῶν Ποσειδῶνός ἐστι καὶ ἐπίκλησιν Κναχαλησίας Ἀρτέμιδος· ἔστι δὲ αὐτοῖς καὶ ὄρος Κνάκαλος, ἔνθα ἐπέτειον τελετὴν ἄγουσι τῇ Ἀρτέμιδι.* Huius modi multa extant exempla: III 25, 9 Minerva *Ἱππολαῖτις*; IV 31, 3 Diana *Λιμνᾶτις*; IV 36, 7 Minerva *Κυπαρισσία*; VI 21, 5 Liber *Λευκανίτης*; VII 17, 5 Minerva *Λαρισσαία*; VII 22, 2 Mercurius *Ἀγοραῖος*; VIII 21, 5 Aesculapius *Καούσιος*; VIII 35, 5 Diana *Σκιαδῖτις*; IX 31, 4 Jnppiter *Λαφύστιος*. Etiam Neptunus *Γενέσιος* in hoc numero habendus est, quem etiam si nos aliter explicamus, Pausanias certe vel eius auctor a Genesio prope Lernam sito derivavit II 38, 4. His autem affines sunt interpretationes eae, quae petitae sunt non ex nomine geographico, sed ex iis quae prope fanum numinis iacent; velut VI 23, 8 *ἐκ δὲ τοῦ γυμνασίου πρὸς τὰ λουτρὰ ἐρχομένῳ δι' ἀγυιᾶς τε ἡ ὁδὸς Σιωπῆς καὶ παρὰ τὸ ἱερὸν τῆς Φιλομείρακός ἐστιν Ἀρτέμιδος· τῇ μὲν δὴ θεῷ γέγονεν ἡ ἐπίκλησις ἅτε τοῦ γυμνασίου γείτονι.* Ii quoque loci periegetici sunt, quibus a proprietate quadam simulacri omnibus conspicua *ἐπίκλησις* derivatur; cf. VIII 13, 2 *πρὸς δὲ τῇ πόλει ξόανόν ἐστιν Ἀρτέμιδος· ἵδρυται δὲ ἐν κέδρῳ μεγάλῃ, καὶ τὴν θεὸν ὀνομάζουσιν ἀπὸ τῆς κέδρου Κεδρεᾶτιν;* IX 11, 7 *ὑπὲρ δὲ τὸν Σωφρονιστῆρα λίθον βωμός ἐστιν Ἀπόλλωνος ἐπικλησιν Σποδίου, πεποίηται δὲ ἀπὸ τῆς τέφρας τῶν ἱερείων.*

Praeterea periegesi adnumeranda sunt omnia quaecumque in inscriptionibus nituntur. Solent autem in inscriptionibus poni et nomina artificum et nomina eorum, qui diis sacra dedicaverunt, et causae quibus factum est, ut statuae araeque aut voverentur aut exstruerentur. Atque id imprimis per se patet haec versari in memoria historicorum fide contestata. Ceterum ex hoc genere quae apud Pausaniam sunt, ea, ut par est, diversos in modos sunt conformata; nam modo nomina eorum, qui sacra condiderunt, omittit, modo tacite apponit, modo inde derivandas esse *ἐπικλήσεις* diserte affirmat. Ut dicit I 28, 2 *δύο δὲ ἄλλα ἐστὶν ἀναθήματα, Περικλῆς ὁ Ξανθίππου, καὶ τῶν ἔργων τῶν Φειδίου θέας μάλιστα ἄξιον, Ἀθηνᾶς ἄγαλμα ἀπὸ τῶν ἀναθέντων καλουμένης Λημνίας;* aut VIII 53, 7 . . . . *πλησίον δὲ Ἀφροδίτης καλουμένης Παφίας· ἱδρύσατο αὐτὴν Λαοδίκη, γεγονυῖα μέν, ὡς καὶ πρότερον ἐδήλωσα, ἀπὸ Ἀγαπήνορος, ὃς ἐς Τροίαν ἡγήσατο Ἀρκάσιν, οἰκοῦσα δὲ ἐν Πάφῳ.* Alia exempla sunt Juppiter *Μεσσαπεὺς* III 20, 3 (*γενέσθαι δέ οἱ τὴν ἐπίκλησιν ἀπὸ ἀνδρὸς λέγουσιν ἱερωσαμένου τῷ θεῷ*), Aesculapius *Δημαίνετος* VI 21, 4, Minerva

Σκιαδῖτις VIII 35, 4. Haec epitheta pleraque omnino non ad cultum pertinent, sed distinguendi causa non tam dis quam templis ab hominibus indita sunt.

Quodsi additur, qua de causa templum aliquis condiderit, in inscriptionibus quid omnino esse potuerit, praecipue respiciendum est; nam qui statuam aut aram aut templum dedicat, ei plerumque sufficit, quod breviter narrat, qua re commotus votum expleverit; scilicet spatii angustiis paucis contentus esse debet, neque solent lapides in numeris literis incisi, fabulis poetarum more compositis et perpolitis adornati, statuis supponi. Sed quae intra certos fines continentur, ea in inscriptionibus fuisse et a periegetis exscribi potuisse verisimile duco; ut II 31, 5 Trozenii *Ἡλίου δὲ Ἐλευθερίου καὶ σφόδρα εἰκότι λόγῳ δοκοῦσί μοι ποιῆσαι βωμὸν ἐκφυγόντες δουλείαν ἀπὸ Ξέρξου τε καὶ Περσῶν;* quae verba epigramma paene redolent. Tamen a periegesi etiam hoc in genere ablegamur, ubicumque ultra vetustissimam memoriam ad tempora heroica deducimur. Quamquam interdum in templis ipsis extiterunt epigrammata quibus dona ab heroe aliquo posita esse confirmabatur; cuius rei testis est Pseudo-Aristoteles, cum de mirab. auscult. 104 scribat: *ἐν δὲ Πευκεντίνοις εἶναί φασιν Ἀρτέμιδος ἱερὸν, ἐν ᾧ τὴν διωνομασμένην ἐν ἐκείνοις τοῖς τόποις χαλκῆν ἕλικα ἀνάκεισθαι λέγουσιν, ἔχουσαν ἐπίγραμμα· Διομήδης Ἀρτέμιδι.* Ficta est haec inscriptio tempore satis recenti; at videmus quo rivulo fabularum notitia etiam ad periegetas fluere potuerit. Tamen eadem res ad nos parvi momenti est. Nam quamvis late pateat ille usus, *ἐπικλήσεων* inscriptionibus explanatarum aut ad originem dedutarum nullum ex temporibus heroicis petitum exemplum exstat.

Verum de his alias; nunc quoniam multos de deorum epithetis locos Pausaniae periegesi vel auctoribus eius periegetis adtribuendos esse aut adtribui posse docuimus, eo progrediendum est, ut, quae a periegesi utique secernenda sint, accuratius definiamus. Pausanias enim praeter eos auctores, qui in describendis urbibus operam suam collocaverant, cum *ἐπικλήσεις* tractaret, aliorum hominum libros aut certe verba inspexisse ipse testis est, quia non uno loco nomina auctorum affert, neque vero eorum quidem periegetarum, sed poetarum omnium. Ac praetermittit hic quoque, ut aliis locis, pleraque nomina eorum, quos exscribit, seligit, ut suam auctoritatem quam maxime augeat, homines remotissimos et antiquissimos, aut certe eos, quos antiquissimos arbitratur. Velut *ἐπικλήσεων* scientiam ac doctrinam se debere fatetur principi omnium *Homero* saepius (de Neptuno Equestri VII 21, 8; de Neptuno Heliconio VII 24, 5; de Mercurio Acacesio VIII 3, 2; de Proserpinae *Κόρης* templo VIII 37, 9; de Minerva Zosteria IX

17, 3)[1]; deinde *Pindaro*, cum tractet Dianam *Δίκτυνναν* (II 30, 3) et Dianam Ephesiam (VII 2, 7)[2]; Telesillae, cum Dianam *Κορυφασίαν* (II 28, 2) et Apollinem *Πυθαέα* (II 35, 2), *Praxillae*, cum Apollinem Carneum (III 13, 5)[3]), *Antimacho*, cum Cererem *Ἐρινύν* et *Λουσίαν* (VIII 25, 4) explicet[4]). Addi potest *Callimachus*, cuius in Dianae hymno (v. 190 ss) eadem de Britomartide fabula invenitur, quam Pausanias, cum de Dianae *Δικτύννης* cultu II 30, 2 exponat, post Pindari locum genealogiamque Britomartidis ex hoc petitam enarrat.

Ergo Pausanias non unum certum auctorem in explanandis deorum cognominibus sequitur; sed iam his tam paucis locis potest colligi, eum *ἐπικλήσεων* compendium quoddam e multorum librorum laciniis compositum adhibuisse. Nam auctores nominat, quorum opera ipse legisse nullo pacto credi potest, Antimachum, Telesillam, Praxillam; et Homerum Pindarumque quamquam Pausaniam legisse nemo est qui neget, tamen dissimile veri est Pausaniam hos auctores ingenti cum diligentia perlustravisse, ut erueret quaecumque ad *ἐπικλήσεις* explicandas idonea posset repperire.

Sed haec opinio, quae adhuc mera in coniectura videtur niti, confirmari potest, si locorum alterum genus perlustravimus his simillimum, non aequum. Nam cum eos locos a periegesi secluserimus, quorum auctores Pausanias diserte laudat, idem valet in eos locos, quibus nomina auctorum non apponit, duos autem se auctores sequi eo significat, quod duas diversas opiniones affert. Talia a periegesi propterea aliena sunt, quia id, quod in monumentis et in rerum natura

---

[1]) Etiam cum narret, quam ob rem Venus Μιγωνίτιδος cognomen acceperit (III 22, 1. 2), ad Homerum recurrit; at is locus non ad ἐπίκλησιν solam spectat, sed etiam eo tendit, ut cur regio illa in insula Cranaë sita Μιγώνιον appellata sit explicetur. Itaque ad nostram quaestionem eum pertinere certo affirmare non licet.

[2]) Tertium infra addam locum.

[3]) Moneo harum poëtriarum Pausaniae usum nullum fuisse, nisi ut ἐπικλήσεις explicaret; in aliis operis partibus non laudantur.

[4]) Omisi ex hac tabula Lyceam, quem Pausaniam ipsum inspexisse Kalkmannus (p. 145 s.) rectissime observavit; ceterum ea, quae Lyceas de Jove Mechaneo II 22, 2 narrare videtur, ad ἐπίκλησιν omnino non pertinent, ac de Baccho Cresio II 23, 8 mira mendacia venditat. Omisi etiam Pamphi testimonia de Dianae Neptuni Proserpinae nonnullis cognominibus (I 29, 2. VIII 35, 8. VII 21, 9. VIII 37, 9). Hunc auctorem sublestae fidei, nisi ipse legit, Pausanias videtur aut per compendium mythographicum cognovisse, cui alia ac plurima debet, non ἐπικλήσεις (Kalkmann. p. 232 ss), aut legit in hymnorum collectione (Kalkmann. p. 240). — Asii testimonium IX 23, 6 non modo ad ἐπίκλησιν Apollinis Ptoi, sed imprimis ad montis Ptoi nomen explicandum allatum est.

cernitur, simplex est neque duplicem admittit interpretationem. Quae sicubi invenitur, libros scriptos usurpari in propatulo est, atque eos quidem, qui non in monumentis aut locis describendis versantur, sed qui de hominum commentis sunt. Ac qualem in his rebus consuetudinem sibi asciverit, pridem notum est; aut enim sine ullo additamento pronominibus *οἱ μὲν - οἱ δὲ* varias sententias distinet, aut incolas quorum regiones se peragravisse quibusque scientiam suam se debere fatetur, testes advocat. Exempla autem propono haec: II 35, 4 Cererem *Χθονίαν*; II 35, 9 Orcum *Κλύμενον*; III 13, 2 Proserpinam *Σώτειραν*; III 13, 4 s. Apollinem *Κάρνειον*; III 14, 6 Cererem *Χθονίαν*; III 15, 11 Venerem *Μορφώ*; III 18, 4 Dianam *Κναγίαν*; III 19, 8 Martem *Θηρίταν*, VI 21, 1 Cererem *Χαμύνην*; VI 21, 6 Minervam *Κυδωνίαν*; VI 22, 11 Dianam *Ἐλαφιαίαν*. Praeterea eodem in numero sunt ii loci, quibus Pausanias sententias varias ipsas non exponit, sed fuisse complures de aliquo epitheto significat; velut I 29, 2 *Κατιοῦσι δὲ ἐς αὐτὴν περίβολός ἐστιν Ἀρτέμιδος καὶ ξόανα Ἀρίστης καὶ Καλλίστης· ὡς μὲν ἐγὼ δοκῶ καὶ ὁμολογεῖ τὰ ἔπη τὰ Πάμφω τῆς Ἀρτέμιδός εἰσιν ἐπικλήσεις αὗται, λεγόμενον δὲ ἄλλον ἐς αὐτὰς λόγον εἰδὼς ὑπερβήσομαι*; aut I 44, 3 .... *ἱερὸν Δήμητρός ἐστι Μαλοφόρου· λέγεται δὲ καὶ ἄλλα ἐς τὴν ἐπίκλησιν καὶ τοὺς πρώτους πρόβατα ἐν τῇ γῇ θρέψαντας Δήμητρα ὀνομάσαι Μαλοφόρον*[1]); aut V 14, 1 *φασὶ δὲ Ἡρακλεῖ τῷ Ἀλκμήνης θύοντι ἐν Ὀλυμπίᾳ δι᾽ ὄχλον μάλιστα γενέσθαι τὰς μυίας· ἐξευρόντα οὖν αὐτὸν ἢ καὶ ὑπ᾽ ἄλλου διδαχθέντα Ἀπομυίῳ θῦσαι Διί κτλ.* Itaque Pausanias non unius hominis librum unum exscripsit, sed compilationem aliquam, qua multorum de *ἐπικλήσεων* vi et origine iudicia congesta erant. Neque enim tot de tam variis rebus auctores ipsum adiisse Pausaniam vereor ne quis credat. Ne id quidem cogitari potest, eum, ut hanc doctrinam arriperet, libros consuluisse, quibus singularum urbium ac proviniarum historiae enarrarentur; nam ea quae de deorum cognominibus affert, non locorum paucorum quorundam propria sunt, sed aeque per totam Graeciam distribuuntur. Ac si perlustramus, quales fuerint opiniones auctorum Pausaniae, vel his quos adhuc tetigimus locis ad diversissima rerum hominumque genera remittimur. Nam aut *αἴτια* traduntur, cum qua de causa deo alicui *ἐπίκλησις* indita sit exponatur (cf. Cererem *Χθονίαν*, Apollinem *Κάρνειον*, Venerem *Μορφώ*, Dianam *Κναγίαν*, Jovem *Ἀπόμυιον*, Cererem *Χαμύνην*, Minervam *Κυδωνίαν*, Dianam *Ἐλαφιαίαν* ll. ll.), aut satis est Pausaniae eum breviter nominavisse, qui primus *ἐπίκλησιν* deo alicui adtribuit

---

[1]) Cf. schol. B ad Il. IX 542: μήλων] ἐξ ἑνὸς τὸ πᾶν· (η 115) καὶ μηλέαι ἀγλαόκαρποι. μηλοφόρον δὲ καὶ τὴν Δήμητρα τιμῶσι.

(cf. Cererem *Χθονίαν* III 35, 8 et Proserpinam *Σώτειραν* III 13, 2), aut veriloquia *ἐπικλήσεων* enodat earumque vim illustrat (cf. Cererem *Μαλοφόρον*, Martem *Θηρίταν*, Dianam *Ἐλαφιαίαν* ll. ll.), aut fabulas in veriloquia desinentes apponit (cf. Apollinem *Κάρνειον*, Cererem *Χαμύνην*, Minervam *Κυδωνίαν* ll. ll.), aut nomen aliquod num omnino inter *ἐπικλήσεις* recte referatur, disputat (cf. Orcum *Κλύμενον*, Dianam *Καλλίστην* ll. ll.). Quos locos omnes, ut a periegesi, ita ab iis auctoribus — si quos habebat —, qui historiam singularum urbium locorumque enarraverunt, alienos esse inde elucet, quod ad *ἐπικλήσεις* explicandas nonnumquam res adhibentur, quae ad regiones remotissimas pertineant; ut unus ex auctoribus tribus, quorum de Marte Therita Spartae culto sententias Pausanias refert, a Lacedaemoniis ad Colchos provocat; altero loco, qui est de Minerva Asia, duo huius deae cultus commemorantur, alter Laensium, alter Colchorum. Neque vero quidquam interest discriminis, utrum complures aliorum hominum sententias disiungat an ut suam alteri alteram opponat; nam ea, quae se ipsum excogitavisse simulat, interdum ita comparata sunt, ut eum res nonnullas non cogitando assequi potuisse, sed legendo comperisse necesse sit; cf. quae de Orco Clymeno II 35, 9 et de Venere Morpho III 15, 11 dicit, cuius de origine cum duas sententias fuisse exponat, alteram suam esse verbis non praedicat, sed eo sibi vindicat, quod alteram falsam et ineptam esse demonstrat: hoc certe loco, quod ipse probavit, alii se debere fatetur.

Verum haec omnia simplicia et facilia: nunc ad difficiliora veniamus. Pausanias enim, ut fontes, unde hauserit, astute dissimulat et consulto plerumque eos nominat, quos ipse non evolvit, ita varios quibus usus est libros sollertissime inter se commiscet et confundit. Itaque ut disputationis firmum quoddam et quasi stabile fundamentum iaciatur, eruendum est, quoad fieri possit, qua ratione in conglutinando opere usus sit. Neque enim merus est compilator, sed arte quadam instructus eaque stili elegantia imbutus, quae per rhetorum scholas illis temporibus propagabatur, cum in describenda Graecia nihil antiquius haberet, quam ut animos legentium non tam doctrina fatigaret, quam rerum varietate delectaret, libros inter se diversos, qui ei praesto erant, non continuos exscripsit, sed certo consilio per totum opus disposuit. Itaque etiam *ἐπικλήσεις* easdem non uno loco, sed compluribus explicat; de quibus quae apud auctorem suum invenit, discerpit aut ita, ut aliam alio loco particulam exscribat, aut ita, ut duobus locis repetat eadem. Nonnulla perlustremus exempla, velut Dianam *Λαφρίαν* et *Ἐφεσίαν*. De qua primum loquitur IV 31, 7. Ibi Messenen describere aggressus Pausanias primum aut periegetam

aut artis historiae scriptorem sequitur: artifex enim statuae Dianae nominatur: *Δαμοφῶντος δέ ἐστι τοῦτον καὶ ἡ Λαφρία καλουμένη παρὰ Μεσσηνίοις.* Iis autem quae sequuntur certiores fimus Dianam Laphriam primo Calydone cultam postea Naupactum translatam esse: *σέβεσθαι δέ σφισιν ἀπὸ τοιοῦδε αὐτὴν καθέστηκε. Καλυδωνίοις ἡ Ἄρτεμις — ταύτην γὰρ θεῶν μάλιστα ἔσεβον — ἐπίκλησιν εἶχε Λαφρία. Μεσσηνίων δὲ οἱ λαβόντες Ναύπακτον παρὰ Ἀθηναίων — τηνικαῦτα γὰρ Αἰτωλίας ἐγγυτάτω ᾤκουν — παρὰ Καλυδωνίων ἔλαβον.* Neque Calydon neque Naupactus quidquam ad Messenen: itaque Pausanias non sequitur auctorem, qui in Messene describenda aut in rebus Messeniorum adumbrandis versatus est; statuam autem Dianae aut Damophontem Pausanias abhinc omnino iam non respiceret, nisi paullulum interrumperet disputationem, quam de Diana instituit, cum more solito eos, qui hoc capitulum legunt, ad aliam operis sui partem relegaret: *τὸ σχῆμα ἑτέρωθι* (VII 18, 10) *δηλώσω.* Quibus dictis ad *ἐπίκλησιν* reversus urbibus, in quibus Dianam *Λαφρίαν* coli antea rettulerat, Calydoni et Naupacto, tertiam addit Patras: *τὸ μὲν δὴ* inquit *τῆς Λαφρίας ἀφίκετο ὄνομα ἔς τε Μεσσηνίους καὶ ἐς Πατρεῖς Ἀχαιῶν μόνους.* Etiam haec quin ab periegesi Messenae abhorreant, dubium non est; quo in oppidulo describendo quid sibi volunt Patrae, urbs Achaiae? Pergit vero ita: *Ἐφεσίαν δὲ Ἄρτεμιν πόλεις τε νομίζουσιν αἱ πᾶσαι καὶ ἄνδρες ἰδίᾳ θεῶν μάλιστα ἄγουσιν ἐν τιμῇ· τὰ δὲ αἴτια ἐμοὶ δοκεῖν ἐστιν Ἀμαζόνων τε κλέος, αἳ φήμην τὸ ἄγαλμα ἔχουσιν ἱδρύσασθαι, καὶ ὅτι ἐκ παλαιοτάτου τὸ ἱερὸν τοῦτο ἐποιήθη. τρία δὲ ἄλλα ἐπὶ τούτοις συνετέλεσεν ἐς δόξαν, μέγεθός τε τοῦ ναοῦ τὰ παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις κατασκευάσματα ὑπερηρκότος καὶ Ἐφεσίων τῆς πόλεως ἡ ἀκμὴ καὶ ἐν αὐτῇ τὸ ἐπιφανὲς τῆς θεοῦ.* Atque extrema Pausaniae relinquimus (inde a verbis *τρία δὲ ἄλλα*), reliqua autem et a Messene aliena sunt, quia Ephesiae Dianae templum ibi non erat, et a Diana Laphria longius recedunt. Opponitur sane Diana Ephesia Laphriae eo quod haec non colitur nisi apud Messenios et Patrenses, illa apud omnes graecos. At haec oppositio pendet e lubidine, non e ratione, harumque sententiarum nexus ineptissimus est, paene dicam nullus. Duas igitur *ἐπικλήσεων* particulas in manibus habemus neque inter se bene cohaerentes neque cum periegesi ulla ratione coniunctas, quarum altera est de Diana Laphria, altera de Ephesia. De hac quae proferuntur, cum quid sibi velint omnino vix intelligantur, tamen omnis difficultas tollitur, ubi primum alterum quendam locum e libro septimo petitum attulerimus. Cuius libri capite secundo Pausanias coloniarum a Codridis in Asiam deductarum historiam fuse narrat, omniaque continuo procedunt perpaucis aliunde insertis. Initium (§ 1) enim Pausanias capit e certa-

mine, quod de regno exortum erat inter Neleum et Medontem, Codri filios; quam ad litem dirimendam Pythiam consultam oraculum edidisse, ut Medonti Neleus cederet; quo facto et reliquos Codri filios et Neleum emigrasse cum exercitu ex Atheniensibus atque Jonibus collecto. Quam narrationem Pausanias his interpositis interrumpit: VII 2, 2 *ἐκ δὲ τῆς Ἑλλάδος τρίτος δὴ οὗτος στόλος ὑπὸ βασιλεῦσιν ἀλλοίοις ὄχλοις τε ἀλλοίοις ἐστάλησαν· τὰ μὲν γὰρ ἀρχαιότατα Ἰόλαος Θηβαίοις, ἀδελφιδοῦς Ἡρακλέους, Ἀθηναίοις ἐς Σαρδὼ καὶ Θεσπιεῦσιν ἡγήσατο· γενεᾷ δὲ μιᾷ πρότερον ἢ ἐξέπλευσαν ἐξ Ἀθηνῶν Ἴωνες, Λακεδαιμονίους τε καὶ Μινύας τοὺς ἐκβληθέντας ὑπὸ Πελασγῶν ἐκ Λήμνου Θήρας ὁ Αὐτεσίωνος Θηβαῖος ἤγαγεν ἐς τὴν νῆσον τὴν νῦν μὲν ἀπὸ τοῦ Θήρα τούτου, πρότερον δὲ ὀνομαζομένην Καλλίστην.* E quibus prima Pausaniae ipsius sunt, Therae coloniam ex Herodoto (IV 167) sumpsit, cuius eundem locum III 1, 7 expilavit, Jolaus autem quo pertineat, docemur libro decimo, ubi (X 17, 5) suo loco haec ex eodem fonte hausta sunt: *τετάρτη δὲ μοῖρα Ἰολάου Θεσπιέων τε καὶ ἐκ τῆς Ἀττικῆς στρατιὰ κατῆρεν ἐς Σαρδὼ κτλ.* Deinde Pausanias ad propositum redit pergitque res a Codridis in Asia gestas ita narrare, ut primum coloniae socios uberius enarret (VII 2, 3. 4), post autem Codridarum facta ipsa coloniasque ab illis constitutas persequatur. Qua in re ita solet semper procedere, ut quae gentes ante Graecorum adventum quaque in urbe consederint et qua ratione in dicionem advenarum redactae sint accuratius exponat. Primum igitur Miletum aggreditur (VII 2, 5. 6), quam urbem qui antea incoluissent, Cares Cretensesque a Neleo subactos esse dicit. Cuius fabulae finem facit, cum scribat: *τοῦ δὲ Νειλέως ὁ τάφος ἰόντων ἐς Διδύμους ἐστὶν οὐ πόρρω τῶν πυλῶν ἐν ἀριστερᾷ τῆς ὁδοῦ.* Verum quid sequitur? VII 2, 6 *τὸ δὲ ἱερὸν τὸ ἐν Διδύμοις τοῦ Ἀπόλλωνος καὶ τὸ μαντεῖόν ἐστιν ἀρχαιότερον ἢ κατὰ τὴν Ἰώνων ἐσοίκησιν· πολλῷ δὲ πρεσβύτερα ἔτι ἢ κατὰ Ἴωνας τὰ ἐς τὴν Ἄρτεμιν τὴν Ἐφεσίαν ἐστίν.* 7 *οὐ μὴν πάντα γε τὰ ἐς τὴν θεὸν ἐπύθετο ἐμοὶ δοκεῖν Πίνδαρος, ὃς Ἀμαζόνας τὸ ἱερὸν ἔφη τοῦτο ἱδρύσασθαι στρατευομένας ἐπὶ Ἀθήνας τε καὶ Θησέα. αἱ δὲ ἀπὸ Θερμώδοντος γυναῖκες ἔθυσαν μὲν καὶ τότε τῇ Ἐφεσίᾳ θεῷ, ἅτε ἐπιστάμεναί τε ἐκ παλαιοῦ τὸ ἱερόν, καὶ ἡνίκα Ἡρακλέα ἔφυγον, αἱ δὲ καὶ Διόνυσον ἔτι ἀρχαιότερα, ἱκέτιδες ἐνταῦθα ἐλθοῦσαι. οὐ μὴν ὑπὸ Ἀμαζόνων γε ἱδρύθη, Κόρησος δὲ αὐτόχθων καὶ Ἔφεσος, Καΰστρου δὲ τοῦ ποταμοῦ τὸν Ἔφεσον παῖδα εἶναι νομίζουσιν, οὗτοι τὸ ἱερόν εἰσιν οἱ ἱδρυσάμενοι· καὶ ἀπὸ τοῦ Ἐφέσου τὸ ὄνομά ἐστι τῇ πόλει.* Haec quam non cohaereant cum iis quae antecedunt, in manifesto est; Diana enim Ephesia nihil ad Miletum, nihil ad Neleum, nihil omnino ad colonias Graecas, neque quisquam potest intellegere, his transitum ad Ephesum urbem effici. Atque etiamsi Pausanias e Didymorum mentione occa-

sionem fabularum illarum interiaciendarum videtur arripuisse, nexum tamen quam ineptissimum esse cognoscimus. Itaque haec cum interponeret, Pausanias alium auctorem secutus est atque antea. — Sed pergit de coloniis e Graecia in Asiam deductis narrare eademque plane ratione progreditur quam antea iniit, cum primum dicat, qui homines prope Ephesum habitaverint, post, quomodo Ephesus in manus Graecorum venerit (VII 2, 8). Quo facto reliquas Joniae urbes prorsus consimili modo pertractat. Itaque apparet, nexum rerum et sententiarum interrumpi eo loco qui est de Diana Ephesia. Qui ne cum iis quidem cohaeret, quae proxime sequuntur. Vide enim, quae cum excipiant: VII 2, 7 *Λέλεγες δὲ τοῦ Καρικοῦ μοῖρα καὶ Λυδῶν τὸ πολὺ οἱ νεμόμενοι τὴν χώραν ἦσαν· ᾤκουν δὲ καὶ περὶ τὸ ἱερὸν ἄλλοι τε ἱκεσίας ἕνεκα καὶ γυναῖκες τοῦ Ἀμαζόνων γένος.* His duo inter se discrepantes auctores a Pausania commiscentur; ab altero erat narratum, primos prope Ephesum habitavisse Leleges et Lydos; eiusdem historici sunt, quae sequuntur; ibi enim ad Leleges istos Lydosque reditur: VII 2, 8 *Ἄνδροκλος δὲ ὁ Κόδρου, οὗτος γὰρ δὴ ἀπεδέδεικτο Ἰώνων τῶν ἐς Ἔφεσον πλευσάντων βασιλεύς, Λέλεγας μὲν καὶ Λύδους τὴν ἄνω πόλιν ἔχοντας ἐξέβαλεν ἐκ τῆς χώρας.* — Verba quoque proxima *ᾤκουν δὲ καὶ περὶ τὸ ἱερὸν ἄλλοι τε ἱκεσίας ἕνεκα* aliqua ratione cum reliquis cohaerent, cum postea narretur: VII 2, 8 *τοῖς δὲ περὶ τὸ ἱερὸν οἰκοῦσι δεῖμα ἦν οὐδέν, ἀλλὰ Ἴωσιν ὅρκους δόντες καὶ ἀνὰ μέρος παρ' αὐτῶν λαβόντες ἐκτὸς ἦσαν πολέμου.* Amazones vero, quas supra addit, in illa de Androclo historia omnino non redeunt, immo ab ea quam alienissimae sunt; sed ut abhorrent ab Androclo, ita ad ea pertinent, quae antea de Diana Ephesia narrata erant. Quam nullo vinculo cum Androclo contineri inde elucet, quod, qui Ephesi *αὐτόχθονες* dicuntur, iidem, cum de Androclo sermo sit, omnino non commemorantur; ne id quidem dicit Pausanias, illos *αὐτόχθονας* cum Lelegibus Lydisve fuisse cognatos. Itaque detecta sunt Pausaniae artificia, ac vereor, ne nimius fuerim in re aperta: quaecumque enim de Diana Ephesia referuntur, ea a proximis seiungenda sunt, quia alio ex fonte provenerunt. Quem locum si perlustraverimus, in cultu Dianae Ephesiae omnia verti lucidum est; cuius duo *αἴτια* adferuntur, quorum alterum in veriloquium *ἐπικλήσεως* exit, alterius Pindarus auctor nominatur. Utrumque autem Pausanias, ut solet, ita coniunxit, ut in altero nisus Pindarum erravisse demonstraret. — Idem vero locus, qui a libri septimi capite secundo facile seiungitur, artissime conexus est cum libro quarto: ubi quae Pausanias verba facit de Diana Ephesia, nunc bene intellegimus; utrique loco communia sunt et quae de prisci templi vetustate veneranda proferuntur et fabula Pindarica, ad quam IV 31, 8 haec referuntur: *τὰ δὲ αἴτια,*

ἐμοὶ δοκεῖν, ἐστὶν Ἀμαζόνων τε κλέος, αἳ φήμην τὸ ἄγαλμα ἔχουσιν ἱδρύσασθαι. Itaque unum ex eodem auctore exscriptum locum Pausanias bis posuit.

At tempus est redeundi ad Dianam Laphriam. Ipse Pausanias nos ad Patrarum descriptionem (VII 18, 8 ss) ablegaverat, ubi eandem diversorum auctorum colluviem deprendimus. Nam primum Dianae *Λαφρίας* templi mentionem inicit: *Πατρεῦσι δὲ ἐν ἄκρᾳ τῇ πόλει Λαφρίας ἱερόν ἐστιν Ἀρτέμιδος.* Deinde simulacrum Calydone ab Augusto deleta Patras translatum esse narrat. Quae neque periegesis neque ad *ἐπίκλησιν* pertinent; nam non id agit, qui haec scripsit, ut simulacrum describat aut Dianae cognomen explicet, sed ut statuae fata enarret. Itaque hic locus ei libro vel uni ex iis libris adtribuendus est, unde Pausanias hausit quae de artis historia tradit (cf. Kalkmann p. 184 ss). Pergit autem ita: *γενέσθαι δὲ τὴν ἐπίκλησιν τῇ θεῷ Λαφρίαν ἀπὸ ἀνδρὸς Φωκέως φασί· Λάφριον γὰρ τὸν Κασταλίου τοῦ Δελφοῦ Καλυδωνίοις ἱδρύσασθαι τὸ ἄγαλμα τῆς Ἀρτέμιδος τὸ ἀρχαῖον, οἱ δὲ τῆς Ἀρτεμίδος τὸ μήνιμα τὸ ἐς Οἰνέα ἀνὰ χρόνον τοῖς Καλυδωνίοις ἐλαφρότερον γενέσθαι λέγουσι καὶ αἰτίαν τῇ θεῷ τῆς ἐπικλήσεως ἐθέλουσιν εἶναι ταύτην.* Haec a periegesi aliena sunt, quia duplex fabula narratur, non una (cf. quae supra p. 7 disputavi), et quia non ad Patras, sed ad Calydonem omnia spectant. Ne illius quidem auctoris propria sunt, quem Pausanias de artis historia consuluit: nam ad statuam Patrensem omnino non pertinent. Immo, qui duas istas fabellas composuit, ei *ἐπίκλησις* summa rei erat. Ab hoc igitur Pausanias scriptum invenit, Dianam Laphriam coli Calydone: eodem ex fonte hausit, cum quartum librum conscriberet: cf. IV 31, 7 *Καλυδωνίοις ἡ Ἄρτεμις, ταύτην γὰρ θεῶν μάλιστα ἔσεβον, ἐπίκλησιν εἶχε Λαφρία.* In septimo autem libro Pausanias haec addit, quae in quarto promiserat: VII 18, 10 *τὸ μὲν σχῆμα τοῦ ἀγάλματος θηρεύουσά ἐστιν, ἐλέφαντος δὲ καὶ χρυσοῦ πεποίηται, Ναυπάκτιοι δὲ Μέναιχμος καὶ Σοΐδας εἰργάσαντο· τεκμαίρονται δὲ σφᾶς Κανάχου τοῦ Σικυωνίου καὶ τοῦ Αἰγινήτου Κάλλωνος οὐ πολλῷ γενέσθαι τινὶ ἡλικίαν ὑστέρους.* Quibus iterum ad eundem de arte scriptorem deducimur, quem antea comprehendimus: nam ultra statuam Pausanias eo progreditur, ut de aetate artificum disserat. Itaque Pausanias hoc loco praeter periegesim duos auctores contaminavit, alterum *ἐπικλήσεως*, alterum de arte plastica graecorum. Ex eo autem qui scripsit de arte Pausanias cum compertum haberet, Dianae Patrensis sculptores, Menaechmum et Suidam, fuisse Naupactios, iam videmus, qualem in usum hanc notitiam converterit. Nam in quarto libro (IV 31, 7) cum scribat, Messenios qui tunc Naupactum ab Atheniensibus datam incolerent, a Calydoniis Dianae *Λαφρίας* sacra

accepisse (*Μεσσηνίων δὲ οἱ λαβόντες Ναύπακτον παρὰ Ἀθηναίων — τηνικαῦτα γὰρ Αἰτωλίας ἐγγύτατα ᾤκουν — παρὰ Καλυδωνίων ἔλαβον*), ea quae de Messeniorum colonia Naupactum deducta narrat Thucydidi (I 103) debet, quem sescenties et describit et imitatur; ut autem statueret, Messenios Naupactios Dianam Laphriam a Calydoniis accepisse, ad eam sententiam mera ipse coniectura adductus est, atque ea quidem, quae in illo loco nititur, qui erat de Suida et Menaechmo Dianae Laphriae sculptoribus Naupactiis. Quae vero dicit de Messeniis (*τηνικαῦτα γὰρ Αἰτωλίας ἐγγύτατα ᾤκουν*), ea cum non vera sint, sed ineptissima sciolumque studiorum proborum expertem redoleant, ab ipso Pausania apertum est ficta esse, ut aliqua ratione cum ceteris Thucydidem coniungeret. Itaque hoc quoque loco complures auctores contaminavit.

Sed comprehendamus, quid ad *ἐπικλήσεις* ex hac disputatione redundet. Peculiarem igitur de his librum adiit, quem non modo a periegesis (IV 31, 7 ss; VII 18, ss), sed etiam ab auctoribus historicis (VII 2) et artis scriptore, quem Pausanias VII 18, 8 exscribit, alienum esse demonstravimus. Is auctor, quem ne Messeniorum quidem aut Patrensium rebus in enarrandis studium suum collocavisse inde efficitur, quod res Calydonias describit, quam urbem Aetolicam a toto opere Pausanias exclusit, non certa ulla ratione *ἐπικλήσεις* tractavit, sed quae de Dianae Laphriae origine et de Diana Ephesia apud varios auctores repperiebat, unum in librum congessit.

Quibus e Dianae cognominibus quoniam cognovimus quam viam Pausanias in lacerandis, distribuendis, repetendis, contaminandis auctoribus iniisset, brevius disputandum est de Neptuno Equestri, de quo VII 21, haec: *Ποσειδῶνι δὲ παρὲξ ἢ ὁπόσα ὀνόματα ποιηταῖς πεποιημένα ἐστὶν ἐς ἐπῶν κόσμον καὶ ἰδίᾳ σφίσιν ἐπιχώρια ὄντα ἕκαστοι τίθενται, τοσαίδε ἐς ἅπαντας γεγόνασιν ἐπικλήσεις αὐτῷ, Πελαγαῖος Ἀσφάλιός τε καὶ Ἵππιος.* 8 *ὠνομάσθαι δὲ Ἵππιον τὸν θεὸν πείθοιτο μὲν ἄν τις καὶ ἐπ' ἄλλαις αἰτίαις, ἐγὼ δὲ εὑρετὴν ἱππικῆς ὄντα ἀπὸ τούτου σχεῖν καὶ τὸ ὄνομα εἰκάζω. Ὅμηρος μέν γε ἐν ἵππων ἄθλοις Μενελάῳ κατὰ τοῦ θεοῦ τούτου πρόκλησιν περιέθηκεν ὅρκον*

Ἵππων ἁψάμενος γαιήοχον ἐννοσίγαιον
ὄμνυθι μηδὲν ἑκὼν τὸ ἐμὸν δόλῳ ἅρμα πεδῆσαι.

Sequitur Pamphi testimonium, de quo dubitari posse supra significavi. A Patrarum descriptione, in qua sumus, totus locus propterea abhorret, quia Neptuni templum Patrense a Pausania commemoratum *ἐπίκλησιν* omnino non habet, complures autem *ἐπικλήσεις* afferuntur, e quibus una ita explicatur, ut Patrae nullo pacto respiciantur, sed testis advocetur poeta, Homerus. Ita autem qui scripsit, is animum imprimis

ad *ἐπικλήσεις* advertit. Sed Pausanias alias causas esse, cur Neptunus *Ἵππιος* appelletur, ipse significat, ac sunt apud Pausaniam, quae huc faciant. De Pheneo enim vico Arcadico cum loquatur (VIII 14, 5), haec *καὶ Ποσειδῶν* inquit *χαλκοῦς ἕστηκεν ἐπωνυμίαν Ἵππιος· ἀναθεῖναι δὲ τὸ ἄγαλμα τοῦ Ποσειδῶνος Ὀδυσσέα ἔφασαν· ἀπολέσθαι γὰρ ἵππους τῷ Ὀδυσσεῖ, καὶ αὐτὸν γῆν τὴν Ἑλλάδα κατὰ ζήτησιν ἐπιόντα τῶν ἵππων ἱδρύσασθαι μὲν ἱερὸν ἐνταῦθα Ἀρτέμιδος καὶ Εὑρίππαν ὀνομάσαι τὴν θεὸν ἔνθα τῆς Φενεατικῆς χώρας εὗρε τὰς ἵππους, ἀναθεῖναι δὲ καὶ τοῦ Ποσειδῶνος τὸ ἄγαλμα τοῦ Ἱππίου. Τῷ δὲ Ὀδυσσεῖ λέγουσιν εὑρόντι τὰς ἵππους γενέσθαι οἱ κατὰ γνώμην ἐν χώρᾳ τῇ Φενεατῶν ἔχειν ἵππους καθάπερ γε καὶ τὰς βοῦς ἐν τῇ ἠπείρῳ τῆς Ἰθάκης ἀπαντικρὺ τρέφειν αὐτόν. καί μοι καὶ γράμματα οἱ Φενεᾶται παρείχοντο ἐπὶ τοῦ ἀγάλματος γεγραμμένα τῷ βάθρῳ, τοῦ Ὀδυσσέως δή τι πρόσταγμα τοῖς ποιμαίνουσι τὰς ἵππους.* Extrema, quippe quae ad statuam ipsam referantur, auctori Pausaniae periegetico tribuenda sunt; a quo omnia aliena videntur esse, quaecumque de cognomine exponuntur. Nam is, qui Pheneum descripsit, novit unum Neptunum Equestrem; is autem, qui de cognomine agebat, non modo Neptunum *Ἵππιον* interpretatur, sed eadem fabula Dianam *Εὑρίππαν*. Illud vero *αἴτιον* epithetorum in statuae epigrammate, quo Ulixes ipse loquens inducebatur, omnino non erat; ibi enim quid fuerit inscriptum, Pausanias aperte eloquitur: *τοῦ Ὀδυσσέως δή τι πρόσταγμα τοῖς ποιμαίνουσι τὰς ἵππους.* His igitur narratis eo Pausanias transit, ut fabulam antea de Ulixe narratam refutet: qua in re cum argumenta in aetate artis aeris fundendi posita sint, iterum Pausanias libro utitur, qui fuit de artis historia. Atque est proprium Pausaniae, ubi primum periegesim aliis aliunde interpositis interrupit, non uno interiecto auctore esse contentum, sed complurium inter se diversorum librorum fragmenta conferruminare. Hoc igitur loco primum cum periegesi *ἐπικλήσεων* fragmentum coniunxit, deinde adnexuit adnotationem ex artis historia petitam, in qua ita nititur, ut fabulam illam nihili esse demonstret, non quo auctor ille, quem de aeris fundendi aetate exscribit, eam noverit, sed quia ipse utrumque inter se conciliari posse negabat. — Neptunum autem *Ἵππιον* Pausanias tertio loco attingit, in Arcadicis (VIII 25, 5). Ac Thelpusae quidem topographiae longa de Cereris *Ἐρινύος* et *Λουσίας* cognominibus fabula insertur, quam a periegesi supra (p. 6) propter Antimachi versus laudatos segregavimus. Periegesim autem et epithetorum *αἴτιον* sic permiscet, ut media in fabula (VIII 25, 6) simulacri descriptionem interponat. Quo facto ad *ἐπικλήσεις* his redit: VIII 25, 7 *τὴν δὲ Δήμητρα τεκεῖν φασιν ἐκ τοῦ Ποσειδῶνος θυγατέρα, ἧς τὸ ὄνομα ἐς ἀτελέστους λέγειν οὐ νομίζουσιν, καὶ ἵππον τὸν Ἀρείονα· ἐπὶ τούτῳ δὲ*

παρὰ σφίσιν Ἀρκάδων πρώτοις Ἵππιον Ποσειδῶνα ὀνομασθῆναι. Tertia igitur *ἐπικλήσεως* causa allata est, quacum alias cohaerere Pausanias ipse (VII 21, 7) significavit.[1])

Tertius locus est de Cerere Chthonia, de qua III 14, 5 duae opiniones adferuntur *Δήμητρα δὲ Χθονίαν Λακεδαιμόνιοι μὲν σέβειν φασι παραδόντος σφίσιν Ὀρφέως, δόξῃ δὲ ἐμῇ διὰ τὸ ἱερὸν τὸ ἐν Ἑρμιόνι κατέστη καὶ τούτοις Χθονίαν νομίζειν Δήμητρα.* Duplex igitur opinio proponitur, quarum altera ad Hermionis descriptionem relegamur, ubi haec scripta sunt: II 35, 4 *τὸ δὲ λόγου μάλιστα ἄξιον ἱερὸν Δήμητρός ἐστιν ἐπὶ τοῦ Πρωνός. τοῦτο τὸ ἱερὸν Ἑρμιονεῖς μὲν Κλύμενον Φορωνέως παῖδα καὶ ἀδελφὴν Κλυμένου Χθονίαν τοὺς ἱδρυσαμένους εἶναι· Ἀργεῖοι δέ, ὅτε ἐς τὴν Ἀργολίαν ἐςῆλθε Δημήτηρ, τότε Ἀθέραν μὲν λέγουσι καὶ Μύσιον ὡς ξενίαν παρασχόντας τῇ θεῷ, Κολόνταν δὲ οὔτε οἴκῳ δέξασθαι τὴν θεὸν οὔτε ἀπονεῖμαί τι ἄλλο ἐς τιμήν· ταῦτα δὲ οὐ κατὰ γνώμην Χθονίᾳ τῇ θυγατρὶ ποιεῖν αὐτόν. Κολόνταν μὲν οὖν φασὶν ἀντὶ τούτων συγκαταπρησθῆναι τῇ οἰκίᾳ, Χθονίαν δὲ κομισθεῖσαν ἐς Ἑρμιόνα ὑπὸ Δήμητρος Ἑρμιονεῦσι ποιῆσαι τὸ ἱερόν· Χθονία δὲ οὖν ἡ θεός τε αὐτὴ καλεῖται καὶ Χθόνια ἑορτὴν κατὰ ἔτος ἄγουσιν ὥρᾳ θέρους.* Duas igitur invenit apud auctorem suum Pausanias urbes, ubi Ceres *Χθονία* colebatur, duorum autem fanorum bina *αἴτια*, quae ipse ita dispertivit, ut libri ordo suadebat. Sed paullo accuratius si contemplamur eam fabulam, quae Argivorum esse dicitur, inter viros duos, Atheram et Mysium, et Cererem *Χθονίαν* nulla ratio intercedit; uterque a fabula, sicut exponitur, abesse potuit sine ulla vituperatione. At Mysius certe qua ratione cum Cerere coniunctus sit, aliunde discimus: vide enim quae Pausanias in describendis Argis referat; II 18, 2 *ἀπὸ δὲ τῶν Κριῶν . . . . . προελθοῦσιν ὀλίγον ἐστὶν ἐν ἀριστερᾷ χωρίον Μυσία καὶ Δήμητρος Μυσίας ἱερὸν ἀπὸ ἀνδρὸς Μυσίου τὸ ὄνομα, γενομένου καὶ τούτου καθάπερ λέγουσιν Ἀργεῖοι, ξένου τῇ Δήμητρι.* Ecce, Mysius ipse Cereri sacrum condidit. Eius autem memoria tertium redintegratur VIII 27, 9: *Πελλήνης δὲ ὅσον στάδια ἑξήκοντα ἀπέχει τὸ Μύσαιον, ἱερὸν Δήμητρος Μυσίας· ἱδρύσασθαι δὲ αὐτὸ Μύσιόν φασιν ἄνδρα Ἀργεῖον·*

---

[1]) Miror Kalkmannum (p. 233) aliter iudicasse. Quae autem apud Pausaniam sequuntur (VIII 25, 7—9), ea ita superioribus adnectuntur, ut credas eum *ἐπίκλησιν* Neptuni fusius adornaturum esse: *ἐπάγονται δὲ ἐξ Ἰλιάδος ἔπη καὶ Θηβαΐδος μαρτύριά σφισιν εἶναι τοῦ λόγου, ἐν μὲν Ἰλιάδι ἐς αὐτὸν Ἀρείονα πεποιῆσθαι κτλ.* Tamen in his nihil ad Neptunum Equestrem, sed loci Homeri, Thebaidis, Antimachi documento non sunt nisi equo Arioni. Itaque dubitandum est, num Pausanias eos eidem auctori debeat, cui proxima; equidem eos potius adscribam compendio, quo in fabulis enarrandis utitur. Quodsi est, Pausanias rursus duos praeter periegesim auctores contaminavit.

ἐδέξατο δὲ οἴκῳ Δήμητρα καὶ ὁ Μύσιος λόγῳ τῷ Ἀργείων. Fabula Argiva ad explicanda Pellenae sacra nihil valet. Immo hic quoque cognoscimus extitisse apud auctorem Pausaniae unam Cereris Mysiae explicationem a Mysio Argivo repetitam; hanc Pausaniam cum excerpsisset, bis posuisse, et in describendis Argis et in describenda Pellene. Quodsi Pausanias II 18, 3 *γενομένου καὶ τούτου* se antea alterum quendam significat commemoravisse Cereris hospitem Argivum, ad I 14, 2 remittimur, ubi Pelasgum eam hospitio excepisse narratur: idem vero Pelasgus Cererem condidit *Πελασγίδα* II 22, 1.

Venio ad Dianam *Δίκτυνναν, Ἀφαίαν, Βριτόμαρτιν.* Pausanias cum Aeginae res visu dignas enumerat, haec II 30, 3 *ἐν Αἰγίνῃ δὲ,* inquit, *πρὸς τὸ ὄρος τοῦ Πανελληνίου Διὸς ἰοῦσίν ἐστιν Ἀφαίας ἱερὸν ἐς ἣν καὶ Πίνδαρος ᾆσμα Αἰγινήταις ἐποίησε. φασὶ δὲ οἱ Κρῆτες, τούτοις γάρ ἐστι τὰ ἐς αὐτὴν ἐπιχώρια, Καρμάνορος τοῦ καθήραντος Ἀπόλλωνα ἐπὶ φόνῳ τῷ Πύθωνος παῖδα Εὔβουλον εἶναι, Διὸς δὲ καὶ Κάρμης τῆς Εὐβούλου Βριτόμαρτιν γενέσθαι:* sequitur fabella ex Callimachi hymno in Dianam 191 ss. petita (cf. supra). *ταύτην μὲν θεὸν ἐποίησεν Ἄρτεμις, σέβουσι δὲ οὐ Κρῆτες μόνον, ἀλλὰ καὶ Αἰγινῆται λέγοντες ἀφανισθῆναί* (*φαίνεσθαι* vulgo; corr. Kalkmann) *σφίσιν ἐν τῇ νήσῳ τὴν Βριτόμαρτιν· ἐπίκλησις δέ οἱ παρά τε Αἰγινήταις ἐστὶν Ἀφαία καὶ Δίκτυννα ἐν Κρήτῃ.* Supra (p. 6) exposui locum hunc a periegesi alienum esse propterea quia Pindarus laudatur et praeter eum alter auctor Callimachus adhibetur; accedit, quod Cretensium fabulis in describenda Aegina locus nullus est. Sed quaeret aliquis fortasse, quo iure hunc Pausaniae locum inter deorum *ἐπικλήσεις* receperim; neque enim Dianae *ἐπίκλησις* dicitur *Ἀφαία,* sed Britomartidis nymphae. Legat vero, si quis dubitat, alterum locum, qui est in Laconicis III 14, 5. Spartae *ἐπανελθοῦσι δὲ ὀπίσω πρὸς τὴν λέσχην ἐστὶν Ἀρτέμιδος Ἰσσωρίας* (*Ἰσσώρας* vulgo; corr. L. Weber, quaest. Lac. p. 60) *ἱερὸν, ἐπονομάζουσι δὲ αὐτὴν καὶ Λιμναίαν, οὖσαν οὐκ Ἄρτεμιν Βριτόμαρτιν δὲ Κρητῶν. τὰ δὲ ἐς αὐτὴν ὁ Αἰγιναῖος ἔχει μοι λόγος.* Ibi quae primo loco de Diana Issoria dicuntur, utique periegesis sunt; quae autem sequuntur, ea ut inter se bene cohaerent, a periegesi Laconicae seiungenda esse Cretensium mentio indicat; ad *ἐπικλήσεις* eadem pertinent, quia non minus duo epitheta Dianae commemorantur. Sequitur eundem hominem, cuius e libro Pausanias hoc fragmentum sumpsit, etiam Dianam *Ἰσσωρίαν* commemoravisse; quam nisi novisset, Pausanias illud de Diana Limnaea et Britomartide excerptum hoc potissimum loco intercalare non potuit. Cuius verba *οὖσαν οὐκ Ἄρτεμιν,* quamquam per se sunt insulsa, tamen docent apud auctorem Pausaniae Britomartim inter Dianae *ἐπικλήσεις* relatam fuisse: aliter enim ne hanc quidem in

sententiam incidisset. Istum vero tertii libri locum cum libro secundo cohaerere et rerum similitudo ostendit et Pausanias ipse significat. Itaque non solum Britomartim, sed etiam Aphaeam et Dictynnam inter Dianae epitheta auctor eius enumeraverat.

Nunc paullo fusius est dicendum de Mercurio Acacesio, quem Pausanias bis commemorat. Octavum enim librum ita exorditur, ut primum de Arcadiae originibus disserat. Quod caput incipit a Pelasgo (VIII 1, 4 ss.), deinde Lycao tractatur Pelasgi filius (VIII 2), quo facto Pausanias ad Lycaonis filios transit (VIII 3, 1—5). Ac si accurate perpendimus, quae de filiis Lycaonis scripta sunt, Pausaniam certum in disponenda hac Arcadicorum particula ordinem apparet secutum esse. Nam ita filios percenset, ut singulorum nomina primo ponat loco, post enumeret, quas urbes singuli condiderint. Quaecumque enim ab hoc ordine discedere videntur — sunt autem paucissima —, aliunde inserta esse potest ostendi. Capitulum autem quod est de Lycaone (VIII 2), quamquam primo obtutu speciem prorsus aliam prae se videtur ferre, nullo pacto ab illa ratione digreditur. Exordium enim eius faciunt pauca verba Pausaniae ipsius: *Λυκάων δὲ ὁ Πελασγοῦ τοσάδε εὗρεν ἢ ὁ πατήρ οἱ σοφώτερα.* Sequitur — eundem in modum quo Pausanias postea in filiis enumerandis utitur — urbs, quam condidit, Lycosura: *Λυκόσουράν τε γὰρ πόλιν ᾤκισεν ἐν τῷ ὄρει τῷ Λυκαίῳ.* Ea autem, quae haec verba excipiunt, ut cum genealogia illa veterum regum Arcadiae nulla adfinitate coniuncta sunt, ita diversis ex fontibus fluxisse et a Pausania huic loco adglutinata esse demonstrabo. Ac de Jove Lycaeo, quem post Lycosuram ipsam Pausanias aggreditur, postea dicemus. Quem postquam brevissime adtigit (VIII 2, 1 *καὶ Δία ὠνόμασε Λύκαιον καὶ ἀγῶνα ἔθηκε Λύκαια*), de Panathenaeis loquitur, quae ad propagines regum Arcadicorum nequaquam pertinent, sed ad Athenienses. Post se convertit ad ludos Olympicos; de quibus quae affert, cum in libro quinto iam persecutus sit (cf. V 7, 6. 7. 10), ea ipse a proposito aliena esse testis est. Tum Cecropem cum Lycaone comparat: VIII 2, 2 *δοκῶ δὲ ἔγωγε Κέκροπι ἡλικίαν τῷ βασιλεύσαντι Ἀθηναίων καὶ Λυκάονι εἶναι τὴν αὐτήν, σοφίᾳ δὲ οὐχ ὁμοίᾳ σφᾶς ἐς τὸ θεῖον χρήσασθαι· ὁ μὲν γὰρ Δία τε ὠνόμασεν Ὕπατον πρῶτος καὶ ὁπόσα ἔχει ψυχήν, τούτων μὲν ἠξίωσεν οὐδὲν θῦσαι, πέμματα δὲ ἐπιχώρια ἐπὶ τοῦ βωμοῦ καθήγισεν, ἃ πελάνους καλοῦσιν ἔτι καὶ ἐς ἡμᾶς Ἀθηναῖοι.* His ea paullo pleniora repetit, quae in Atticis suo loco posita erant: I 26, 5 *ἔστι δὲ οἴκημα Ἐρέχθειον· πρὸ δὲ τῆς ἐσόδου Διός ἐστι βωμὸς Ὑπάτου, ἔνθα ἔμψυχον θύουσιν οὐδὲν, πέμματα δὲ θέντες οὐδὲν ἔτι οἴνῳ χρήσασθαι νομίζουσιν.* Posthac ad Lycaonem transit: VIII, 3, 3 *Λυκάων δὲ ἐπὶ τὸν βωμὸν τοῦ Λυκαίου Διὸς βρέφος ἤνεγκεν ἀνθρώπου καὶ ἔθυσε τὸ βρέφος καὶ*

ἔσπεισεν ἐπὶ τοῦ βωμοῦ τὸ αἷμα. καὶ αὐτὸν αὐτίκα ἐπὶ τῇ θυσίᾳ γενέσθαι λύκον φασὶν ἀντὶ ἀνθρώπου. Ad eandem rem, postquam nonnulla interposuit, quae ex ipsius officina prodiisse insulsitas sententiarum rerumque indigentia clamant (VIII 2, 4. 5. 6), paullo infra redit: VIII 2, 6 *λέγουσι γὰρ δὴ ὡς Λυκάονος ὕστερον ἀεί τις ἐξ ἀνθρώπου λύκος γίνοιτο ἐπὶ τῇ θυσίᾳ τοῦ Λυκαίου Διός, γίνοιτο δὲ οὐκ ἐς ἅπαντα τὸν βίον· ὁπότε δὲ εἴη λύκος, εἰ μὲν κρεῶν ἀπόσχοιτο ἀνθρωπίνων, ὕστερον ἔτει δεκάτῳ φασὶν αὐτὸν αὖθις ἄνθρωπον ἐκ λύκου γενέσθαι, γευσάμενον δὲ εἰς ἀεὶ μένειν θηρίον.* Haec patet cum iis cohaerere, quae antea de Jove Lycaeo allata sunt, et id unum agere, ut haec *ἐπίκλησις* quo iure ad Jovem delata sit, explanetur. Itaque hic quoque locus a genealogia regum Arcadicorum alienus est, praesertim cum ultra Lycaonem eiusque filios ad tempora recentiora descendat. Quae vero sequuntur de Nioba, de gryphibus, de Tritonibus, ea e paradoxorum copiis hausta sunt, neque quidquam invenitur, quin alias Pausanias tractaverit; Niobam enim commemorat I 21, 3, gryphes I 23, 6, Tritones IX 29, 1 (cf. Kalkm. p. 29 s. 273). Itaque qua ratione hoc caput Pausanias composuerit, in aperto est; nam praeter suas nugas et ineptias in mediis rebus Arcadicis multa collocavit, quae re vera alio pertinere demonstravi, Panathenaea, Olympia, Cecropem, mirabilia; ne unus quidem, qui alibi non invenitur, Juppiter *Λυκαῖος*, genealogiae Arcadicae adfinis est, sed ad *ἐπικλήσεις* referendus. Haec omnia si dempseris, nil restat nisi quae sunt in initio capitis: *Λυκόσουράν τε γὰρ πόλιν ᾤκισεν ἐν τῷ ὄρει τῷ Λυκαίῳ*; quae eandem habent speciem atque ea quae paullo infra de Lycaonis filiis sequuntur. In quibus duo loci intercalati sunt, alter Stesichori (VIII 3, 2), alter de Mercurio Acacesio, cf. VIII 3, 2: (*Τραπεζεὺς δὲ καὶ Δασεάτας καὶ Μακαρεὺς καὶ Ἑλισσὼν καὶ Ἄκακός τε καὶ Θῶκνος Θωκνίαν πόλιν, ὁ δὲ Ἀκακήσιον ἔκτισεν.*) *ἀπὸ τούτου δὲ τοῦ Ἀκάκου καὶ Ὅμηρος λόγῳ τῷ Ἀρκάδων ἐς Ἑρμῆν ἐποίησεν ἐπίκλησιν.* Mercurium Acacesium auctoris genealogiae Arcadicae non esse inde colligimus, quod Homeri testimonium advocatur. Eadem de causa e periegesi eum segregavimus (cf. supra p. 5); in hac enim media eadem paullo pleniora invenimus VIII 36, 10: *ὑπὸ τούτῳ δὲ τῷ λόφῳ πόλις τε ἦν Ἀκακήσιον Ἑρμοῦ τε Ἀκακησίου λίθου πεποιημένον ἄγαλμα καὶ ἐς ἡμᾶς ἐστιν ἐπὶ τοῦ λόφου. τραφῆναι δὲ Ἑρμῆν παῖδα αὐτόθι καὶ Ἄκακον τὸν Λυκάονος γενέσθαι οἱ τροφέα Ἀρκάδων ἐστὶν ἐς αὐτὸν λόγος*, ac qui haec Pausaniae suppeditavit, is non Graeciae urbes visere ac describere, sed in fabulis versatus *ἐπίκλησιν* explicare voluit.[1])

---

[1]) Moneo Pausaniae veriloquium Mercurii Acacesii non pendere e grammaticorum homericorum doctrina; scholia certe ABTD ad Π 185 (= Et. M. 44, 54) eandem *ἐπίκλησιν* aliter interpretantur.

His de locis omnibus ideo uberrime exposui, ut appareret, qua ratione in componendo opere Pausanias usus esset. Ac certis exemplis nunc demonstratum est eum et eiusdem auctoris lacinias diversissimis locis collocare solere et singula capita, quibus continuae disputationis speciem induit, e variis variorum librorum fragmentis conglutinare. *Ἐπικλήσεων* vero ad scientiam quae adfert, ea omnia non uni auctori debet, sed permultorum librorum compilationi: haec sententia nostra paene omnium locorum indole ac natura confirmatur, praesertim cum Pausaniam eum fuisse, qui illam doctrinam amplissimam congereret, iure omnes negent.[1])

Adhuc e periegesi seclusimus eos locos, quibus Pausanias aut diserte testes nominat aut complurium hominum opiniones diversas tacite refert. Nunc pergamus secernere, quae discrepant ab iis, quae ad describendas urbes profert. Quo in genere luculentissimo exemplo est Ceres *Μέλαινα*, cuius de origine haec narrat: VIII 42, 1 *Δήμητρος δὲ ἄντρον αὐτόθι ἱερὸν ἐπίκλησιν Μελαίνης· ὅσα μὲν δὴ οἱ ἐν Θελπούσῃ λέγουσιν ἐς μῖξιν τὴν Ποσειδῶνός τε καὶ Δήμητρος, κατὰ ταὐτά σφισιν οἱ Φιγαλεῖς νομίζουσιν· τεχθῆναι δὲ ὑπὸ τῆς Δήμητρος οἱ Φιγαλεῖς φασιν οὐχ ἵππον, ἀλλὰ τὴν Δέσποιναν ἐπονομαζομένην ὑπὸ Ἀρκάδων.* 2 *τὸ δὲ ἀπὸ τούτου λέγουσι θυμῷ τε ἅμα ἐς τὸν Ποσειδῶνα αὐτὴν καὶ ἐπὶ τῆς Περσεφόνης τῇ ἁρπαγῇ πένθει χρωμένην μέλαιναν ἐσθῆτα ἐνδῦναι καὶ ἐς τὸ σπήλαιον τοῦτο ἐλθοῦσαν ἐπὶ χρόνον ἀνεῖναι πολύν κτλ.* Tum fabulam persequitur. Aperte autem Pausanias ad ea legentes reicit, quae antea

---

[1]) Etiam illud observare licet, Pausaniam interdum eandem fabulam aut eundem e fabulari historia petitum hominem ita compluribus locis commemorare, ut semper ad aliquam *ἐπίκλησιν* referatur. Velut Clymenus Eleus, Cardyis filius, non reperitur, nisi cum *αἴτια* epitheti alicuius enarrantur: V 18, 1 Herculis **Παραστάτου**, V 14, 8 Junonis **Ὀλυμπίας**, VI 21, 6 Minervae **Κυδωνίας** sacra instituisse fertur. Inde efficitur huius hominis notitiam Pausaniae auctorem *ἐπικλήσεων* suppeditavisse. Idem valere conicio in bellum ab Hercule et Thebanis cum Orchomeniis gestum. A qua fabula bis *αἴτια* cognominum repetuntur Herculis, **Ῥινοκολούστου** IX 25, 4 et **Ἱπποδέτου** IX, 26, 1. Ergo ab *ἐπικλήσεων* auctore utique narrata erat. Atque horum quidem locorum alter hic est IX 25, 4 *καὶ ἀπωτέρω μικρὸν Ἡρακλῆς ἕστηκεν ἐν ὑπαίθρῳ Ῥινοκολούστης ἐπωνυμίαν ἔχων, ὅτι τῶν κηρύκων, ὡς οἱ Θηβαῖοι λέγουσιν, ἀπέτεμεν ἐπὶ λώβῃ τὰς ῥῖνας, οἳ παρὰ Ὀρχομενίων ἀφίκοντο ἐπὶ τοῦ δασμοῦ τὴν ἀπαίτησιν.* Quam ob causam tributum poposcerint Orchomenii aut quale fuerit cum non audiamus, sequitur fabulam a Pausania in breviorem formam esse redactam. Rem postea (IX 37, 2) Pausanias narrat, non ut eo *ἐπίκλησιν* ullam referat, attamen ita, ut inde demum lucem accipiant, quae de Hercule Rhinocoluste enarrantur. Eadem de illo bello fabula IX 17, 1 exponitur, ubi de Dianae **Εὐκλείας** templo sermo est.

de Cerere exposuit VIII 25, 5 ss. Ibi narrandi finem fecit his: VIII 25, 7 *τὴν δὲ Δήμητρα τεκεῖν φασιν ἐκ τοῦ Ποσειδῶνος θυγατέρα, ἧς τὸ ὄνομα ἐς ἀτελέστους λέγειν οὐ νομίζουσιν, καὶ ἵππον τὸν Ἀρείονα.* Illo vero loco se fabulam ab hac altera discrepantem referre adfirmat. Quid? duae fabulae num inter se adversantur? Nonne ipse Pausanias VIII 25, 5 dixit Cererem filiam peperisse? Ac quam arte alter locus cum altero cohaereat, inde elucet, quod etiam VIII 42, 2 ad Cereris iram (*θυμῷ τε ἅμα ἐς τὸν Ποσειδῶνα*) cum luctu Proserpinae raptae non admodum congruentem Pausanias redit, a qua antea cognomen Cereris *Ἐρινύος* derivavit. Haec igitur per se idonea sunt, quibus ostendatur fabulam, quae de Cerere Nigra VIII 42, 2 exstat, non ad Phigaliae descriptionem, sed ad *ἐπικλήσεων* fragmentum pertinere, quod VIII 25 latere partim demonstravimus, partim demonstrabimus. Sed alia accedunt. Statua enim ipsa Cereris Phigaliensis sic describitur: VIII 42, 4 *καθέζεσθαι μὲν ἐπὶ πέτρᾳ, γυναικὶ δὲ ἐοικέναι τἆλλα πλὴν κεφαλήν· κεφαλὴν δὲ καὶ κόμην εἶχεν ἵππου, καὶ δρακόντων τε καὶ ἄλλων θηρίων εἰκόνες προσεπεφύκεσαν τῇ κεφαλῇ· χιτῶνα δὲ ἐνεδέδυτο καὶ ἐς ἄκρους τοὺς πόδας· δελφὶς δὲ ἐπὶ τῆς χειρὸς ἦν αὐτῇ, περιστερὰ δὲ ἡ ὄρνις ἐπὶ τῇ ἑτέρᾳ. ἐφ' ὅτῳ μὲν δή οἱ τὸ ξόανον ἐποιήσαντο οὕτως, ἀνδρὶ οὐκ ἀσυνέτῳ γνώμην, ἀγαθῷ δὲ καὶ τὰ ἐς μνήμην δῆλά ἐστι.* Quibus dictis ad cognomen reditur: *Μέλαιναν δὲ ἐπονομάσαι φασὶν αὐτὴν ὅτι καὶ ἡ θεὸς μέλαιναν τὴν ἐσθῆτα εἶχε.* Tum iterum de simulacro haec: VIII 42, 5 *τοῦτο μὲν δὴ τὸ ξόανον οὔτε ὅτου ποίημα ἦν, οὔτε ἡ φλὸξ τρόπον ὅντινα ἐπέλαβεν αὐτὸ μνημονεύουσιν· ἀφανισθέντος δὲ τοῦ ἀρχαίου Φιγαλεῖς οὔτε ἄγαλμα ἄλλο ἀπεδίδοσαν τῇ θεῷ, καὶ ὁπόσα ἐς ἑορτὰς καὶ θυσίας, τὰ πολλὰ δὴ παρῶπτό σφισιν, ἐς ὃ ἡ ἀκαρπία ἐπιλαμβάνει τὴν γῆν, καὶ ἱκετεύσασιν αὐτοῖς χρᾷ τάδε ἡ Πυθία κτλ.:* versus Pythiae afferuntur, in quibus nihil de cognomine inest. Restituerunt igitur Cereri debitos honores: § 7 *καὶ Ὀνάταν τὸν Μίκωνος Αἰγινήτην πείθουσιν ἐφ' ὅσῳ δὴ μισθῷ ποιῆσαί σφισιν ἄγαλμα Δήμητρος . . . . τότε δὴ ὁ ἀνὴρ οὗτος ἀνευρὼν γραφὴν ἢ μίμημα τοῦ ἀρχαίου ξοάνου, τὰ πλείω δέ, ὡς λέγεται, καὶ κατὰ ὀνειράτων ὄψιν, ἐποίησε χαλκοῦν Φιγαλεῦσιν ἄγαλμα, γενεᾷ μάλιστα ὕστερον τῆς ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα ἐπιστρατείας τοῦ Μήδου.* Deinde de Onata multa addit, quae huc non faciunt. Infra autem ita pergit § 12: *τὸ δὲ ἄγαλμα τὸ ὑπὸ τοῦ Ὀνάτα ποιηθὲν οὔτε ἦν κατ' ἐμὲ οὔτε εἰ ἐγένετο ἀρχὴν Φιγαλεῦσιν, ἠπίσταντο οἱ πολλοί· τῶν δὲ ἐντυχόντων ἡμῖν ἔλεγεν ὁ πρεσβύτατος γενεαῖς πρότερον τρίσιν ἢ κατ' αὐτὸν ἐμπεσεῖν ἐς τὸ ἄγαλμα ἐκ τοῦ ὀρόφου πέτρας, ὑπὸ τούτων δὲ καταγῆναι καὶ ἐς ἅπαν ἔφασκεν αὐτὸ ἀφανισθῆναι· καὶ ἔν γε τῷ ὀρόφῳ δῆλα καὶ ἡμῖν ἔτι ἦν καθὰ ἀπερρώγεσαν αἱ πέτραι.* Multa in his coniungi, quae e diversis fontibus hausta essent, viri docti pridem intellexe-

runt.[1]) Primum mitto, quae de Onatae aetate et de Cereris sacris Pausanias disputat: haec a periegesi aliena esse non opus est demonstrare. Sed restant alia, quae in suspicionem vocanda censeamus. Ipse enim Pausanias neque Onatae neque priscum simulacrum vidit: quod cum confiteatur, diserte concedit se de his quae narret aliis debere. Narrat autem, se a sene quodam audivisse, olim Cereris statuam ab Onata sculptam lapide delapso contritam esse. Haec post simulacrum deletum scripta sunt neque qui ea refert, is Onatae opus umquam vidit. Quod si est, ea quae de hoc inveniuntur ab alio auctore narrata fuisse sequitur. Nam si quis ita de simulacro loquitur, ut sculptoris nomen, patrem, patriam, causamque enarret, qua denuo statua dedicata sit, is ipse templum et simulacrum conspexit. Alterum igitur deprehendimus periegetam, qui ante Onatae statuam dirutam Phigaliae descriptionem confecit. Etiam illud sequitur eum, qui Onatae simulacrum videre et describere posset, non conspicatum esse priscam statuam. Tamen describitur. Ergo aut ad periegetam quendam saeculo quinto vetustiore deducimur, id quod cogitari non potest, aut in fabulis mendaciisque versamur. Et apparet Onatam statuam Cereris simulacri prisci ad exemplum conficere non potuisse, quo tempore illud iam extinctum esset. Atque cum Pausanias rem ita expedire studeat, ut Onatam *ἀνευρόντα γραφὴν ἢ μίμημα τοῦ ἀρχαίου ξοάνου, τὰ πλείω δὲ .... καὶ κατὰ ὀνειράτων ὄψιν* sculpsisse adfirmet, in aperto est ad novi simulacri exemplum ab Onatae confecti veteris descriptionem compositam esse. Haec autem — id quod in nostra quaestione summum est — etiam ab illa de Cereris *Μελαίνης* cognomine fabula abhorret neque ullo pacto ad eam quadrat. Nam epitheton cum inde deducatur, quod n i g r a m vestem Ceres induerit, in simulacro vestis adest, sed de colore nihil: *χιτῶνα δὲ ἐνεδέδυτο καὶ ἐς ἄκρους τοὺς πόδας*. Tamen sunt in descriptione nonnulla, quae cum narratiuncula videntur consentire, velut *κεφαλὴν δὲ καὶ κόμην εἶχεν ἵππου*. At prae summo reliquorum discrimine haec nihil valent: nam multa in simulacro occurrunt, quae nec pertinent ad illam fabulam neque ea explicantur, velut dracones aliaeque bestiae in capite Cereris exsculptae, delphis in altera, in altera columba sedens; et multa in fabula, quae e simulacro explicari non possunt, velut quae de Pane, Jove, Parcis narrantur. Ergo nec a vetere nec a novo simulacro sumpta est fabula. Sequitur eam nec a Pausania inventam nec ab auctore periegeta quo usus est relatam, sed ex alio libro transscriptam esse.

---

[1]) Kalkmann, Pausanias der Perieget, p. 23. Hirt, de Pausaniae Eliacis, diss. Gryphisw. 1879, p. 45 ss. Petersen, Krit. Bemerkungen z. ält. Gesch. d. griech. Kunst, progr. Ploen. 1871, p. 35 ss.

Proximum est, ut pauca de Cerere Lusia dicam, quae a Pausania VIII 25, 6 commemoratur. Ac Cererem cum exposuerit Thelpusae coli *Ἐρινύν*, cuius epitheti *αἴτιον* propter versum Antimachi supra (p. 6) e periegesi seclusimus, eandem fabulam ita finit: § 6 *τὸ μὲν δὴ παραυτίκα τὴν Δήμητρα ἐπὶ τῷ συμβάντι ἔχειν ὀργίλως, χρόνῳ δὲ ὕστερον τοῦ τε θυμοῦ παύσασθαι καὶ τῷ Λάδωνι ἐθελῆσαί φασιν αὐτὴν λούσασθαι. Ἐπὶ τούτῳ καὶ ἐπικλήσεις τῇ θεῷ γεγόνασι, τοῦ μηνίματος μὲν ἕνεκα Ἐρινύς, ὅτι τὸ θυμῷ χρῆσθαι καλοῦσιν ἐρινύειν οἱ Ἀρκάδες, Λουσία δὲ ἐπὶ τῷ λούσασθαι τῷ Λάδωνι.* Ne Lusia quidem Ceres periegesis est, quippe quae *ἐπίκλησις* eadem fabula nitatur atque *Ἐρινύς* neque ab hac possit divelli. Periegesis autem statim sequitur: *τὰ δὲ ἀγάλματά ἐστι τὰ ἐν τῷ ναῷ ξύλου, πρόςωπα δέ σφισι καὶ χεῖρες ἄκραι καὶ πόδες εἰσὶ Παρίου λίθου· 7 τὸ μὲν δὴ τῆς Ἐρινύος τήν τε κίστην καλουμένην ἔχει καὶ ἐν τῇ δεξιᾷ δᾷδα, μέγεθος δὲ εἰκάζομεν ἐννέα εἶναι ποδῶν αὐτήν· ἡ Λουσία δὲ ποδῶν ἓξ ἐφαίνετο εἶναι.* Atque haec quidem, quamquam de statuis nihil exponitur, quod ulla ratione ad Cereris *Λουσίας* cultum aut *Ἐρινύος* pertineat, cum superioribus videntur bene cohaerere. Vide autem quid infra Pausanias scribat: § 7 *ὅσοι δὲ Θέμιδος καὶ οὐ Δήμητρος τῆς Λουσίας τὸ ἄγαλμα εἶναι νομίζουσι, μάταια ἴστωσαν ὑπειληφότες.* Ergo duo erant auctores, alter, qui, cum *ἐπικλήσεις* ei summa rei essent, fabulam de duobus epithetis narravit et alteram *ἐπίκλησιν* Antimachi testimonio firmavit, alter periegeta, qui cum in templis simulacrisque describendis acquiesceret, *ἐπικλήσεων* rationem non modo non habebat, sed alteram omnino non novisse videtur, cum referret statuam alteram non Cereris, sed Justitiae esse. Quos auctores inter se repugnantes Pausanias more suo ita coniunxit, ut quae alter de Justitia scriberet, ad Cererem *Λουσίαν* transferret Justitiamque procul haberi iuberet: aliter nimirum coniungi non poterant.

Accedunt loci nonnulli, quibus Pausanias templa aut statuas eas, quas commemorat, aut diserte testatur aut tecte significat iam non extitisse, quo tempore vel ipse vel auctor eius periegeta oppida visebat, quae describit. Velut Stymphelum cum describat, Pausanias (VIII 22, 2) dicit olim fuisse urbem aliquam antiquiorem eiusdem nominis, sed non plane eodem loco sitam: hac in prisca urbe, quae ab ea diversa est, quam ipse visit, Temenum Junonis *Παιδός*, *Τελείας*, *Χήρας* templa tria condidisse narrat. Sed eadem de prisca urbe ita loquitur: *λέγεται δὲ ἐξ ἀρχῆς ἑτέρωθι οἰκισθῆναι τῆς χώρας καὶ οὐκ ἐς τὴν ἐφ' ἡμῶν πόλιν.* Sequitur, quisquis fuit, qui hanc periegesim confecit, sive Pausanias sive alius periegeta, eum urbem illam vetustiorem oculis numquam conspicatum esse, quam si vidisset, etiam scivisset et dixisset, quo loco sita esset, neque dubitanter scripsisset: *λέγεται δὲ καὶ κτλ.* Itaque

ea fabula, quae de templis Junonis conditis narratur, quoniam ad priscam urbem refertur, a periegesi segreganda est, quae sententia eo confirmatur, quod Pausanias illa Junonis sacra verbis respicit his: *ἡ δὲ ἐφ' ἡμῶν πόλις τῶν μὲν εἰρημένων οὐδέν κτλ.* — Idem iudicium ferendum esse censeo de Minervae *Σωτείρας* templo (VIII 44, 3), de ara Dianae *Πυρωνίας* (VIII 15, 8), de simulacro Apollinis *Λυκίου* Argivorum (II 19, 3). Pauca vero exponenda sunt de Minerva Equestri Tegeatarum. In Arcadicis enim cum Minervae Aleae templum describeret, Pausanias VIII 47, 1 *τὸ δὲ ἄγαλμα* inquit *ἐν Τεγέᾳ τὸ ἐφ' ἡμῶν ἐκομίσθη μὲν ἐκ δήμου τοῦ Μανθουρέων, Ἱππία δὲ παρὰ τοῖς Μανθουρεῦσιν εἶχεν ἐπίκλησιν, ὅτι τῷ ἐκείνων λόγῳ γενομένης τοῖς θεοῖς πρὸς Γίγαντας μάχης ἐπήλασεν Ἐγκελάδῳ ἵππων τὸ ἅρμα. Ἀλέαν μέντοι καλεῖσθαι καὶ ταύτην ἔς τε Ἕλληνας τοὺς ἄλλους καὶ ἐς αὐτοὺς Πελοποννησίους ἐκνενίκηκε.* Ergo aperte ad Manthurenses relegamur. Sed quo tempore Pausanias vel is quem transscripsit hanc periegesim confecit, Minerva *Ἱππία* apud Manthurenses iam non erat; itaque horum nullum monumentum erat, unde fabula sumi posset. Sed ne Tegeae quidem erat; nam ibi *Ἀλέα* appellabatur. Itaque si Pausanias, unde Minerva *ἐπίκλησιν* acceperit, narrat, hic locus a periegesi alienus est, quae sententia eo commendatur, quod *αἴτιον* illud nec ad Manthurenses nec ad Tegeates ulla ratione pertinet.

Sequitur Diana *Ὀρθία* III 16, 7 ss. Quo de loco pleraque recte disputavit Robertus (Archaeol. Maerchen, p. 145 ss.), cuius a sententia semel discedendum duco. Dianae enim *Ὀρθίας* simulacrum primum his verbis Pausanias commemorat: § 7 *τὸ δὲ χωρίον τὸ ἐπονομαζόμενον Λιμναῖον Ὀρθίας ἱερόν ἐστιν*; deinde ad originem simulacri, non *ἐπικλήσεως*, transit et docet non Atheniensium simulacrum Dianae *Βραυρωνίας*, sed Spartanorum statuam *Ὀρθίας* veram esse Dianam Tauricam ab Oreste et Iphigenia raptam. Ac recte Robertus haec ad eandem disputationem pertinere vidit, cuius fragmentum Atticis insertum est (I 33, 1). Sed Pausanias sententiam suam duobus additis argumentis studet stabilire, quae his verbis inducit: § 9 *μαρτύρια δέ μοι καὶ τάδε τὴν ἐν Λακεδαίμονι Ὀρθίαν τὸ ἐκ τῶν βαρβάρων εἶναι ξόανον*; ac prius argumentum hoc est: *τοῦτο μὲν γὰρ Ἀστράβακος καὶ Ἀλώπεκος οἱ Ἴρβου τοῦ Ἀμφισθένους τοῦ Ἀμφικλέους τοῦ Ἄγιδος τὸ ἄγαλμα εὑρόντες αὐτίκα παρεφρόνησαν*; haec quamquam Pausanias ita affert, ut ad opinionem illam fulciendam ea idonea fore speremus, tamen ab iis quae antecedunt prorsus discrepare vere statuit Robertus (l. l. p. 148): nam si Orestes simulacrum Dianae e Tauris raptum Lacedaemonem transtulerat, qua tandem ratione potuit fieri, ut idem simulacrum a Lacedaemoniis quibusdam nescio quot annis post inveniretur? quasi ille in itinere

Dianam omiserit! Ergo Pausanias duos fontes inter se ita contaminavit, ut alterum ad alterum defendendum aut supplendum adhiberet. Sequitur alterum argumentum: *τοῦτο δὲ οἱ Λιμνᾶται Σπαρτιατῶν καὶ Κυνοσουρεῖς καὶ ἐκ Μεσόας τε καὶ Πιτάνης θύοντες τῇ Ἀρτέμιδι ἐς διαφοράν, ἀπὸ δὲ αὐτῆς καὶ ἐς φόνους προήχθησαν, ἀποθανόντων δὲ ἐπὶ τῷ βωμῷ πολλῶν νόσος ἔφθειρε τοὺς λοιπούς.* Ne haec quidem cum ea disputatione, quam ad stabiliendam a Pausania adferuntur, ulla a parte cohaerent, sed genus argumentandi hoc quam ineptissimum est. Sed quo ea pertineant, statim cognoscimus; vide enim quae sequuntur: *καί σφισιν ἐπὶ τούτῳ γίνεται λόγιον αἵματι ἀνθρώπων τὸν βωμὸν αἱμάσσειν*: itaque ea, quae de caedibus Lacedaemoniorum antea Pausanias narraverat, ad sanguinolenta Dianae Ὀρθίας sacrificia pertinent, quae ad describenda Pausanias se convertit. Tertium igitur deprendimus auctorem, qui neque de historia Dianac Tauricae neque de simulacro Ὀρθίας Spartanorum disseruerat: nam ne ea quidem fabula, quae referebatur de Astrabaco et Alopeco, quidquam ad sacrificia cultumve Dianae oraculi iussu institutum Lycurgoque auctore renovatum ac retractatum valet. Immo cohaeret cum iis, quae ultimo loco Pausanias profert: § 11 *καλοῦσι δὲ οὐκ Ὀρθίαν μόνον, ἀλλὰ καὶ Λυγοδέσμαν τὴν αὐτήν, ὅτι ἐν θάμνῳ λύγων εὑρέθη, περιειληθεῖσα δὲ ἡ λύγος ἐποίησε τὸ ἄγαλμα ὀρθόν.* Qui haec scripsit, is una fabella duas eiusdem deae *ἐπικλήσεις* explicaturus erat, quarum altera in periegesi non commemoratur. Itaque hic quoque locus ab hac alienus est. Narratur autem in arbustis simulacrum esse inventum: quinam invenerint, paullo ante Pausanias dicit: Astrabacus et Alopecus. Quorum avos atavosque Pausanias potuit sumere e genealogia regum Spartanorum, fabula ipsa non ad hanc, sed ad *ἐπικλήσεις* spectat.

Ultimum ex horum exemplorum numero ex Eliacis peto. V 14, 6 *τούτου δὲ οὐ πόρρω καὶ ἄλλος τῷ Ἀλφειῷ βωμὸς πεποίηται, παρὰ δὲ αὐτόν ἐστιν Ἡφαίστου. τοῦ δὲ Ἡφαίστου τὸν βωμόν εἰσιν Ἠλείων οἳ ὀνομάζουσιν Ἀρείου Διός. λέγουσι δὲ οἱ αὐτοὶ οὗτοι καὶ ὡς Οἰνόμαος ἐπὶ τοῦ βωμοῦ τούτου θύοι τῷ Ἀρείῳ Διί, ὁπότε τῶν Ἱπποδαμείας μνηστήρων καθίστασθαι μέλλοι τινὶ ἐς ἅμιλλαν.* Fieri non potuit, ut Olympiae, ubi deorum graecorum sacra a sacerdotibus cultus caerimoniis, religionis pietate summa usque ad recentissima tempora colerentur, ubi in tanta hominum colluvie tot *ἐξηγηταί* exstarent, qui hospites ad ea ducere solerent quae essent visenda, et unumquidque non modo ostendere, sed etiam explicare, omnino umquam ambigeretur, cuiusnam dei ara aliqua esset. Itaque hoc Pausaniae loco duorum inter se occurunt auctorum sententiae, alterius periegetae, alterius, qui id egit, ut Jovis *ἐπίκλησιν* illustraret: ad hanc enim fabella, quae de Oenomao narratur, spectat.

Atque in hoc quidem genere locorum Pausanias auctores inter se discrepantes cum aliquo studio, nonnumquam non sine arte coniungere cupit. Exstant autem alii loci, quibus Pausanias ne operam quidem dederit, ut inter se conecteret, quae diversis e fontibus hausisset. Saepius enim ad illud scribendi genus delabitur, quod miscellaneorum proprium solet esse, in quo neque nexus rerum neque discrepantiae animadvertantur. Velut V 14, 1 cum describit Jovis aram Olympiam, subito interponit primum paradoxon, ad quod transitum ita efficit: *ὁ δὲ ἐν Ὀλυμπίᾳ βωμὸς παρέχεται καὶ ἄλλο τοιόνδε ἐς θαῦμα.* Deinde sine ulla intercapedine sequitur Juppiter *Ἀπόμυιος* ab Hercule conditus, cuius cultus *αἴτιον* supra exscripsimus: ne grammatice quidem haec cum proximis cohaererent, nisi in initio primi enuntiati particula *δὲ* saltem poneretur. Aut velut ea, quae de Junonis *Αἰγοφάγου* origine III 15, 9 narrantur: haec quoque fabula in media periegesi collocata neque cum iis quae antecedunt neque cum iis quae sequuntur conexa est. Similia exempla sunt Apollo *Ὅριος* et *Πυθαεὺς* II 35, 2 et Diana *Κναγία* III 18, 4. Haec omnia a periegesi aliena sunt.

Ab eadem eos locos secernendos arbitror, quibus ut *ἐπίκλησις* aliqua explicetur, Pausanias ad res refugit, quae omnino non pertineant ad eas regiones, quarum in topographia versatur. Cuius rei unum exemplum proposui cum de Diana Laphria disputarem. Aliud est III 19, 9, ubi, cum de Helenae *Δενδρίτιδος* cognomine agatur, in mediis Laconicis Rhodiorum sacra ad *ἐπικλήσεως* originem deducendam advocantur. Item in Atticis de Veneris *Ἀκραίας, Δωρίτιδος, Εὐπλοίας* cultu Cnidio agitur I 1, 3, Minervam *Ἀσίαν* Lacedaemoniorum Pausanias a Colchis deducit III 24, 7, Neptunum *Ἑλικώνιον* in media Achaiae chorographia Teni et Mileti coli adfirmat (VII 24, 5), Dianam *Κορδάκαν* in Eliacis (VI 22, 1) a saltatione prope Sipylum montem usitata, Minervam *Τελχινίαν* Boeotorum a Telchinibus Cypriis (IX 19, 2), Atheniensium Dianam *Ἀμαρυσίαν* e cultu Euboico (I 31, 5) explicat. Cf. praeterea II 23, 5 (Dianam *Φεραίαν*) et VIII 24, 5 (Venerem Erycinam).

Supra cum disputandi fundamentum iaceremus, diximus periegesis esse ea, quae ad monumenta conspicua pertinerent aut ad describendas urbes provinciasque aliqua ratione spectant. Idem si tenemus, aliena sunt, quae non ad templa aut altaria referuntur, sed ad solam *ἐπίκλησιν* ita tendunt, ut haec locum obtineat principem. Eae igitur explicationes *ἐπικλήσεων* a periegesi eximendae sunt, quibus non tam templi conditi aut arae exaedificatae aut statuae exsculptae causa narretur, quam quae sententia in *ἐπικλήσεων* vocabulis insit exponatur, velut Bacchi *Μελπομένου* I 2, 5, Apollinis *Ὁρίου* II 35, 2, Apollinis

Ἀκεσίου VI 24, 2, aut quae a numine vel potestate deorum repetitae non ad locum certum, sed ad dei cultum apud omnes gentes vigentem pertineant, cuius rei exempla cum nonnulla protulerimus, addi possunt haec: Apollo *Παρνόπιος* I 29, 8; Venus *Μελαινίς* VIII 6, 6; *Μαχανῖτις* VIII 31, 9; Minerva *Μαχανῖτις* VIII 36, 5; Venus *Οὐρανία, Πάνδημος, Ἀποστροφία* IX 16, 3. 4.[1]) Ne eae quidem explicationes periegeticae sunt, quae ad linguae leges aut ad sermonem aut ad dialectos revocantur; talia enim non periegetarum, sed grammaticorum sunt; velut Minerva *Ἀξιόποινος* III 15, 6 et Minerva *Ζωστηρία* IX 17, 3 a veterum (*παλαιῶν*) sermone, Bacchus *Ψίλαξ* III 19, 6 et Juppiter *Καππώτας* III 23, 1 e dialecto Dorica, Apollo *Θέρμιος* V 15, 7 ex Elea, Minerva *Ὄγγα* IX 12, 2 a Phoenicibus repetuntur; Cererem vero *Ἐρινύν*, quam ad interpretandam verbum Arcadicum *ἐρινύειν* adhibetur VIII 25, 5, alias ob causas periegesis esse supra negavimus. Ne fabellae quidem, quarum auctores non in templorum conditorum causis acquieverunt, sed rebus narratis *ἐπίκλησιν* ipsam ad originem deducere volunt, periegesis sunt; nam qui talia persequitur, non id agit, quod periegetae agendum est, ut regionum res memorabiles describat, sed ut *ἐπικλήσεις* enarrando explicet. Quibus de fabellis cum supra nonnulla dixerim, vel hic longum est singula exempla persequi; sed satis erit breviter significavisse hos locos genere et natura inter se esse dissimillimos; alii enim brevissimi sunt, velut *αἴτια* Bacchi *Σαώτου* II 31, 5, Veneris *Νυμφίας* II 32, 7, *Ἀμβολογήρας* III 18, 1, alii vel in rebus minimis non sine arte edolati et copiosissime enarrati poetarum manus sapiunt, ut Diana *Ἀπαγχομένη* VIII 23, 6, Juppiter *Σαώτης* IX 26, 7, aliis fabella narrata veriloquia *ἐπικλήσεων* enodantur, velut Dianae *Ἀγροτέρας* I 19, 6, Apollinis *Ἀγραίου* et Dianae *Ἀγροτέρας* I 41, 4, Jovis *Ὁμαγυρίου* VII 24, 2, *Λεχεάτου* VIII 26, 6, *Κλαρίου* VIII 53, 9, Herculis *Ῥινοκολούστου* IX 25, 4, *Ἱπποδέτου* IX 26, 1; aliis locis ad *ἐπίκλησιν* interpretandam fabellae adferuntur, quibus numen dei cognomine expressum illustretur; ut Apollinis *Λυκίου* II 9, 7; Neptuni *Προσκλυστίου* II 22, 4 et *Φυταλμίου* II 32, 8, Minervae *Ἀνεμώτιδος* IV 35, 8. Haec omnia nullo pacto ad periegeticos Pausaniae auctores pertinent.

Praeterea continua duo sunt apud Pausaniam de deorum cognominibus excerpta, inserta Atticis. Quorum alterum cum sacra tribuum atticarum enumeret (I 31, 4—6), praeter *ἐπικλήσεις* fere nihil continet atque ita comparatum est, ut ad nonnullas explicandas auctores

---

1) Etiam Venus Ἥρα Spartae culta (III 13, 9) huc pertinere videtur; ea certe quae de hoc cultu addit Pausanias (*ἐπὶ δὲ θυγατρὶ γαμουμένῃ νενομίκασι τὰς μητέρας τῇ θεῷ θύειν*), et explicandae *ἐπικλήσεως* causa scripta sunt et eam ita explicant, ut *ἐπίκλησις* a Junonis Pronubae numine derivetur.

a periegesi diversas adhibitos esse necesse sit; cf. Bacchum ***Κισσόν***, Venerem ***Κολαινίδα***, Dianam ***Ἀμαρυσίαν***. Alterum quoque, quod I 32, 2 statuas arasque enumerat montium Atticorum, nihil exhibet nisi ***ἐπικλήσεις***.

Sed iam finem faciamus disserendi brevique comprehendamus, quid effectum sit iis, quae de Pausania disputavimus.

Pausanias eorum quae de deorum cognominibus adfert, partem aliquam auctoribus suis periegeticis debet; quorum quosnam adhibuerit aut num periegesim sua opera confecerit, non nostrum est quaerere. Pleraque autem apparuit a periegesi esse aliena eique a Pausania aliunde inserta. Eadem nonnullis locis discrepant a reliquis Pausaniae auctoribus. Atque omnes quidem loci qui sunt ex hoc genere, ita sunt comparati, ut ***ἐπικλήσεις*** summa rei sit. Tamen illud quoque manifestum erat Pausaniam non unius auctoris sententiae se addixisse, sed cum ea, quae de singulis cognominibus adnotabat, inter se quam diversissima solebant esse, tum saepius eandem ***ἐπίκλησιν*** variis modis illustrabat: multorum auctorum manus conspiciebantur. Itaque Pausanias, quoniam auctores hos partim remotissimos ipse perlustravisse credi non potest, compilatione usus est, qua e multis literarum provinciis optima quaeque doctrina de deorum epithetis congesta erat. Quae ***ἐπικλήσεων*** sylloge non modo eas Graeciae regiones respiciebat, quas Pausanias descripsit, sed omnes locos, quibus Graeci dii colebantur; atque ad eas urbes gentes insulas, quas Pausanias tractat, accedunt ex Aetolia Calydon, ex Asia *Cnidus*, *Ephesus*, *Miletus*, ex insulis *Rhodus*, Tenus. Praeter Graecos autem aliarum gentium religiones non commemorabantur; nec Romanorum nec barbarorum ullum apud Pausaniam extat vestigium; Juppiter certe Capitolinus, quam ***ἐπίκλησιν*** II 4, 5 voce ***Κορυφαῖος*** interpretatur, saeculo post Chr. secundo adeo erat tritus, ut tale interpretamentum quivis posset conficere.

VII

De ἐπικλήσεων sylloge, Diogeniani, Athenaei, Clementis, scholiorum Lycophronis, Pausaniae fonte communi

Ex iis quos adhuc tractavimus auctoribus ne unus quidem dignus est, quem credamus illam tam exquisitam doctrinam, cuius notitiam prae se ferret, ipsum coacervasse aut scriptores, quorum nomina ac verba adponeret, inspexisse ipsos. Itaque unusquisque eorum librum aliquem, quo ἐπικλήσεις deorum collectae erant, in usum suum convertit; ac si quid adhuc disputando effecimus, id lucidum est, hos quinque libros, si exstabant inter se fuisse prorsus consimiles et non modo eadem plane ratione compositos, sed etiam iisdem auctoribus adhibitis confectos. Quodsi quinque libros exstitisse adeo pares cogitari per se vix potest, sequitur unam ἐπικλήσεων syllogen omnibus in manu fuisse. Quae quomodo fuerit constituta, ex iis apparet, quae supra exposuimus; agebatur enim enchiridiorum mythographorum more de deorum epithetis ita, ut dii et ἐπικλήσεις nescio quo ordine collocatae enumerarentur, loci nominarentur, quibus colerentur, deinde quid ἐπικλήσεις valerent, unde essent ortae, explicaretur. Quae explicationes aut a fabulis et historia repetitae erant, aut e doctrina philosophorum vel theologorum profectae aut e grammaticorum vel etymologorum officina egressae; itaque passim accidit, ut eadem ἐπίκλησις non semel, sed bis vel ter vel saepius alia ratione ab aliis explicaretur; neque vero mirum est, ad unum cognomen diversas interpretationes adnotatas esse, siquidem eadem ἐπίκλησις eiusdem dei aliis locis aliis de causis in usu erat aut aliis locis deorum aliorum erat. Nomina autem auctorum accurate erant addita. Talem librum cum quinque nostri adhiberent, necesse erat hos non omnes eo eundem in modum usos esse. Nam ut erant natura inter se dissimillimi, ita cum syllogen describerent, diversa agebant. Ita factum est non solum, ut alius alio parcior vel uberior esset, sed etiam ut alius de eadem re alia exscriberet; nam si in illo ἐπικλήσεων corpore eidem epitheto varii loci, variae explicationes, varii interpretes adscribebantur, fieri non potuit, quin e diversis veriloquiis alter hoc alter illud eligeret vel in eodem cognomine hic locum ille explicationem tertius auctorem omitteret vel quin si eadem ἐπίκλησις aliorum deorum locis aliis erat,

alius alium deum aut locum expilaret. Quod si factum esse censemus, nihil aliud statuimus nisi quod de quovis compendio a posterioribus excerpto valet.

Praemittenda haec duxi, non quo ea demonstrata iam esse crederem, sed ut accurate definirem, quo tota haec quaestio tenderet. Efficiam autem quod volo singulis singulorum locis inter se collatis. Nam consensu rerum evincitur eosdem auctores adhibitos esse; si autem ostenditur, non modo in uno, sed in multis auctoribus adhibitis consentire omnes testes, sequitur non illos ipsos, sed collectionem e variis libris confectam unam exscriptam esse. Quam ita et dispositam et expilatam fuisse, ut antea significavi, loci ipsi docebunt.

Atque e re erit eam viam ingredi, ut a Clemente Alexandrino proficiscamur eiusque *ἐπικλήσεις* singulas cum Diogeniano, Pamphilo, scholiasta Lycophronis, Pausania comparemus; Clemens enim unus exhibet continua *ἐπικλήσεων* excerpta; quae cum saepissime cum reliquis testibus concinant neque cum uno alterove ex his aliqua ratione coniuncta sint, sed cum omnibus cohaereant, quam maxime sunt idonea, in quibus argumenta collocemus.

Clemens igitur primo loco Jovem ponit *Ἀγαμέμνονα*; eundem novit scholiasta Lycophronis:

Clemens	Scholia Lycophronis
II 38: *Ἀγαμέμνονα γοῦν τινα Δία ἐν Σπάρτῃ τιμᾶσθαι Στάφυλος ἱστορεῖ.*	1123. *οἱ Λακεδαιμόνιοι ἱδρύσαντο Ἀγαμέμνονος Διὸς ἱερὸν εἰς τιμὴν τοῦ ἥρωος.* 1369. *Λάπερσαι δῆμος τῆς Λακωνικῆς* (*Ἀττικῆς* AT; corr. de Wilamowitz), *ἔνθα Ἀγαμέμνονος Διὸς ἱερόν ἐστιν.* Cf. cap. V p.32.

Rerum consensus manifestus est. Sed Clemens Staphyli nomine uberior est quam scholiasta, qui eo excellit, quod verbis *εἰς τιμὴν τοῦ ἥρωος* leviter significat, non narrat, qua de causa templum Spartanum conditum sit. Haec quomodo ad expilatores pervenerint, cogitari non potest, nisi in fonte primario et nomen Staphyli et *αἴτιον* allata fuisse statuamus.

Locum qui sequitur de Venere Argynnide a quaestione nostra alienum esse in capite quarto docui.

Tertia est apud Clementem Diana *Ἀπαγχομένη*, quo de cognomine Pausanias cum illo conferendus est:

Clemens	Pausanias
II 38 *Ἄρτεμιν δὲ Ἀρκάδες Ἀπαγχομένην καλουμένην*	VIII 23, 6 *Καφυῶν δὲ ἀφέστηκεν ὅσον στάδιον Κονδυλέαι χωρίον, καὶ Ἀρτέμιδος ἄλσος καὶ ναός ἐστιν ἐνταῦθα καλουμένης Κονδυλεάτιδος τὸ ἀρχαῖον. μετονομασθῆναι δὲ ἐπὶ αἰτίᾳ τὴν θεόν φασι τοιαύτῃ. παιδία περὶ*

προςτρέπονται, ὥς φησι Καλλίμαχος ἐν Αἰτίοις. καὶ Κονδυλῖτις ἐν Μηθύμνῃ ἑτέρα τετίμηται Ἄρτεμις.

τὸ ἱερὸν παίζοντα, ἀριθμὸν δὲ αὐτῶν οὐ μνημονεύουσιν, ἐπέτυχε καλῳδίῳ, δήσαντα δὲ τὸ καλῴδιον τοῦ ἀγάλματος περὶ τὸν τράχηλον ἐπέλεγεν, ὡς ἀπάγχοιτο ἡ Ἄρτεμις, φωράσαντες δὲ οἱ Καφυεῖς τὰ ποιηθέντα ὑπὸ τῶν παιδίων καταλεύουσιν αὐτά· καί σφισι ταῦτα ἐργασαμένοις ἐςέπεσεν ἐς τὰς γυναῖκας νόσος, τὰ ἐν τῇ γαστρὶ πρὸ τοκετοῦ τεθνεῶτα ἐκβάλλεσθαι, ἐς ὃ ἡ Πυθία θάψαι τε τὰ παιδία ἀνεῖπε καὶ ἐναγίζειν αὐτοῖς κατὰ ἔτος· ἀποθανεῖν γὰρ αὐτὰ οὐ σὺν δίκῃ. Καφυεῖς δὲ ποιοῦσι τά τε ἄλλα ἔτι καὶ νῦν κατ' ἐκεῖνο τὸ μάντευμα, καὶ τὴν ἐν ταῖς Κονδυλέαις θεόν, προςεῖναι γὰρ καὶ τόδε ἔτι τῷ χρησμῷ φασι, καλοῦσιν Ἀπαγχομένην ἐξ ἐκείνου.

Clementem et Pausaniam eadem referre in aperto est. Nam quod Clemens Arcades nominavit, Pausanias autem Condyleas, non discrepant, quia apud Pausaniam in Arcadicis sumus. Ergo in cognomine Dianae et loco consentiunt. Praeterea Pausanias *αἴτιον* narrat, Clemens auctorem Callimachum nominat, id quod explicari non potest, nisi in communi fonte post narrationem auctoris nomen positum erat. Quod si est, Pausanias elegiae Callimacheae argumentum exponit[1]). Verum Pausaniae et Clementis consensus latius patet; ac facile animo memoriam auctoris communis resuscitamus. Nam uterque cum Dianam *Κονδυλῖτιν* nominet, tamen in hoc cognomie paullulum differunt: Pausanias enim de Arcadum Diana loquitur, quam appellat *Κονδυλεᾶτιν*, quod cognomen a nomine Condylearum derivat; contra Clemens Lesbiam Dianam habet, quam *Κονδυλῖτιν* cum vocet, non a nomine loci, sed aut a voce *κονδύλη* aut a voce *κόνδυλος* videtur deducere: nam id illo capitulo agit, ut epitheta deorum ridicula congerat; atque suspicari certe illud quoque licet Clementis auctorem, ut *Ἀπαγχομένην*, ita etiam hanc *ἐπίκλησιν* aliqua fabula illustravisse. Haec igitur quamvis nunc inter se videantur discedere, tamen aliquando in uno libro coniuncta exstiterunt. Nam fac aliquem *ἐπικλήσεις* deorum sive compilando colligere sive disputando tractare: is, ubi Dianae *Ἀπαγχομένης* mentionem iniecit — atque in hac quidem Clemens et Pausanias utique conspirant — necessario debebat *Κονδυλεᾶτιν* Arcadicam commemorare, quam Pausanias novit et eandem esse atque *Ἀπαγχομένην* diserte testatur. Quod simulac factum est, quid erat facilius aut aptius vel potius magis necessarium quam adnectere *Κον-*

---

[1]) Eandem in coniecturam incidit Rauchius, cui obloquitur Schneiderus ad Callim. fgm. 5, assentitur Wilamowitzius apud Knaackium (Analecta Alexandrino-Romana, p. 25, 35). Kalkmannus verba facit p. 127, 2.

δυλῖτιν Methymnaeorum? Itaque non solum non est cur offendamus, sed illud nisi statuismus fuisse, omnino non intellēgimus, cur apud Clementem Dianam *Ἀπαγχομένην* excipiat *Κονδυλῖτις*. Immo, hic locus praecipue est idoneus, quo indolem ac naturam eius libri cognoscamus, quem de deorum cognominibus Pausanias et Clemens exscripserunt: erat sylloge vel compendium mythographorum more compilatum: ad eandem enim *ἐπίκλησιν (Κονδυλῖτιν)* duo cultus loci erant adnotati, locorum diversitate expostulabatur interpretandi varietas, duo auctores adibantur, quorum nomina quin olim fuerint adscripta, quamquam unus Callimachus superest, iam nunc non licet dubitare. Quodsi uno eiusdem libri loco eiusdem *ἐπικλήσεως* duae formae (*Κονδυλεᾶτις*, *Κονδυλῖτις*) commemorabantur, perspicimus quam facile potuerit fieri, quod saepius factum esse infra observabimus, ut complures homines cum eundem eodem de cognomine locum exscriberent, alii alias eiusdem *ἐπικλήσεως* formas seligerent. Etiam illud lucramur, ut hominem eum, cuius sylloge Pausaniae et Clementi in usu erat, *ἐπικλήσεις* non ad elementorum ordinem intellegamus digessisse: nam una *Κονδυλῖτιν* et *Ἀπαγχομένην* Dianam absolvit; cf. quae de Diogeniani et Athenaei fontibus in capitibus II et III eruimus.

Dianam *Κονδυλῖτιν* apud Clementem excipit *Ποδάγρα*, quam praeter illum nemo commemorat, *Ποδάγραν* Apollo, cuius duo epitheta Clemens affert, *Κεχηνότα* et *Ὀψοφάγον*. E quibus *Κεχηνώς* Clementis proprius est, *Ὀψοφάγος* etiam apud Athenaeum occurrit:

Clemens	Athenaeus
II 38 *Πολέμων δὲ Κεχηνότος Ἀπόλλωνος οἶδεν ἄγαλμα καὶ Ὀψοφάγου πάλιν Ἀπόλλωνος ἄλλο ἐν Ἤλιδι τιμώμενον.*	VIII 346 b *πρὸς τούτοις τοῖς ὀψοφάγοις, ἄνδρες ἑταῖροι, οἶδα καὶ τὸν παρ' Ἠλείοις τιμώμενον Ὀψοφάγον Ἀπόλλωνα. μνημονεύει δὲ αὐτοῦ Πολέμων ἐν τῇ πρὸς Ἄτταλον ἐπιστολῇ.*

Athenaeus non modo eundem Polemonem eosdemque Eleos affert, quos Clemens, sed etiam librum Polemonis laudat, quo Clemens caret; quantopere alter cum altero conspiret, in aperto est.

Eleorum mentio effecit, ut Clemens alterum cultum Eleorum adiungeret, Jovem *Ἀπόμυιον*. Eundem Jovem Pausanias commemorat:

Clemens	Pausanias
II 38 *ἐνταῦθα Ἀπομυίῳ Διὶ θύουσιν Ἠλεῖοι.*	V 14, 1 *φασὶ δὲ Ἡρακλεῖ τῷ Ἀλκμήνης θύοντι ἐν Ὀλυμπίᾳ δι' ὄχλου μάλιστα γενέσθαι τὰς μυίας· ἐξευρόντα οὖν αὐτὸν ἢ καὶ ὑπ' ἄλλου διδαχθέντα Ἀπομυίῳ θῦσαι Διί, καὶ οὕτως ἀποτραπῆναι τὰς μυίας*

Pausanias

πέραν τοῦ Ἀλφειοῦ. λέγονται δὲ κατὰ ταὐτὰ καὶ Ἠλεῖοι θύειν τῷ Ἀπομυίῳ Διὶ ἐξελαύνοντι τῆς Ἠλείας [*Ὀλυμπίας* del. Facius] *τὰς μυίας.*

Rursus de consensu dubitatio exoriri nequit: communis auctor Pausaniae et Clementis comprehendebat *ἐπίκλησιν*, Eleos, *αἴτιον* cognominis: omnia descripsit Pausanias, fabulam omisit Clemens. Quis esset auctor fabellae, quamquam neuter exscripsit, tamen in communi fonte fuisse narratum vix vereor ne quis neget.

Jove absoluto Clemens Herculem *Ἀπόμυιον* aggreditur: quem alienum esse ab hoc loco suspicor, quia non tam *ἐπίκλησιν* Herculis, quam *Πυρετὸν* respicit et *Φόβον*, quibus Romani sacrificari dicuntur: *Ῥωμαῖοι δὲ Ἀπομυίῳ Ἡρακλεῖ, καὶ Πυρετῷ δὲ καὶ Φόβῳ θύουσιν, οὓς καὶ αὐτοὺς μετὰ τῶν ἀμφὶ τὸν Ἡρακλέα ἐγγράφουσιν*: haec certe numina ad *ἐπικλήσεις* non pertinent. Ceterum neque Hercules *Ἀπόμυιος* nec qui illum excipiunt Juppiter *Φαλακρός* et *Τιμωρός*, Diana *Χελῦτις* in nostram quaestionem quidquam valent, quippe quae *ἐπικλήσεις* alibi non inveniantur.

Alterum Clementis de cognominibus deorum excerptum (II 39) incipit a Venere: cuius obscoena epitheta partim apud Hesychium partim apud Athenaeum redeunt:

Clemens	Hesychius	Athenaeus
II 39 *οὐχὶ δὲ Ἀφροδίτῃ Περιβασοῖ* [*Περιβασίῃ* libri; corr. L. Dindorf] *μὲν Ἀργεῖοι,*	*Περιβασώ· ἡ Ἀφροδίτη.*	
Ἑταίρᾳ δὲ Ἀθηναῖοι,		XIII 571 c: ..... *ἡ ἀπὸ τῆς παρ' Ἀθηναίοις καλουμένης Ἑταίρας* [*τῆς*] *Ἀφροδίτης· περὶ ἧς φησιν ὁ Ἀθηναῖος Ἀπολλόδωρος ἐν τοῖς περὶ θεῶν οὕτως· ἑταίραν δὲ τὴν Ἀφροδίτην τὴν τοὺς ἑταίρους καὶ τὰς ἑταίρας συνάγουσαν κτλ.*
καὶ Καλλιπύγῳ θύουσιν Συρακούσιοι, ἣν Νίκανδρος ὁ ποιη-		XII 554 c: *οὕτω δὲ ἐξήρτηντο τῶν ἡδυπαθειῶν οἱ τότε ὡς Καλλιπύγου Ἀφρο-*

Clemens	Hesychius	Athenaeus
τῆς καλλίγλουτόν που κέκληκεν;		*δίτης ἱερὸν ἱδρύσασθαι ἀπὸ τοιαύτης αἰτίας.* Sequitur fabella copiosius enarrata testimoniisque Cercidae et Archelai adornata. Cercidae autem versus hic est: *ἦν καλλιπύγων ζεῦγος ἐν Συρακούσαις.*

Atque Hesychium quidem Clemens superat, cum ad idem Veneris cognomen *Περιβασοῦς* Argivos addat, de quibus ille nihil; superatur autem ab Athenaeo, qui de Venere Meretrice, cum eosdem Athenienses commemoret quos Clemens, Apollodori veriloquium affert ab illo non exscriptum. Etiam de Venere Callipygo, quamquam Athenaeus *αἴτιον* cognominis fabella copiose persecutus Archelai Cercidaeque versibus illustrat, Clemens autem nihil habet nisi Syracusanos Nicandrique testimonium, tamen uterque ex eodem auctore pendet: nam e Cercidae verbis ab Athenaeo allatis elucet Cercidam fabulam, quam Athenaeus exponit, integram enarravisse; qui enim ita loquitur ut ille (*ἦν καλλιπύγων ζεῦγος ἐν Συρακούσαις*), is narratiunculam aliquam incohat quam postea continuaturus est; eodem autem versu fabellam Cercidae Athenaeique discimus Syracusis agi, Syracusis conditam esse Venerem *Καλλίπυγον*. Itaque apud auctorem Athenaeo et Clementi communem Venerem *Καλλίπυγον* Syracusis coli erat commemoratum, appositum erat *αἴτιον* ex Cercida desumptum, testimonia praeter Cercidam addebantur Archelai et Nicandri; *ἐπίκλησιν*, Syracusas, Nicandrum Clemens transscripsit, reliqua Athenaeus, sed ita ut omnia ad Syracusanos pertinere in manifesto sit.

Venerem *Καλλίπυγον* apud Clementem Bacchus excipit *Χοιροψάλας*, quem locum tractabo, si de scholiis Clementis sermo erit. Nunc comprehendamus, quid adhuc effecerimus.

Clementis excerpta si omnino easdem *ἐπικλήσεις* exhibent, quas aut scholiasta Lycophronis aut Pausanias aut Athenaeus aut Hesychius commemorant, adeo cum his conspirant, ut semper eosdem omnibus auctores subesse primarios colligamus. Atque iam credi vix potest casu factum esse, ut illi homines quattuor eos ipsos exhaurirent fontes, quos Clemens exscripsit: in eam potius coniecturam adducimur, ut unum librum, quo *ἐπικλήσεις* illae collectae erant, et a Clemente expilatum et a reliquis adhibitum esse arbitremur. Eandem coniecturam fecimus, cum indolem locorum reputaremus, qui erant de Diana Condylitide et de Venere Callipygo. At haec opino nostra ad liquidum

potest perduci: nam, ut Hesychius et scholiasta Lycophronis ad comprobandum idonei adhuc non sunt, quia cum Clemente non consentiunt nisi singulis in cognominibus, ita firmissima argumenta praebent Athenaeus et Pausanias. Athenaeus enim cum Clemente conspirat in Apolline Opsophago, quem Polemoni, in Venere Meretrice, quem Apollodoro, in Venere Callipygo, quem variis auctoribus (Archelao, Cercidae, Nicandro) uterque debet. Eosdem autem auctores quinque ab utroque usurpatos esse adeo mirum est, ut cogitari nequeat aut Clementem aut Athenaeum eos adiisse ipsos; exscripsit utique librum uterque unum, quo omnium testimonia erant congesta. Idem in Dianam *Ἀπαγχομένην* vel *Κονδυλεᾶτιν* et in Jovem *Ἀπόμυιον* valet, quibus in cognominibus Pausanias cum Clemente facit: Dianam enim *Ἀπαγχομένην* e Callimacho uterque hausit; de Jove quem auctorem secuti sint, non liquet: certe a Callimacho erat diversus. Itaque ex his duobus neutrum ipsi evolverunt, sed librum aliquem, quo variae e variis libris *ἐπικλήσεις* erant excerptae. Nunc demum advocandi sunt scholiasta Lycophronis et Hesychius. Nam si Athenaei et Pausaniae ope comprobatum est Clementem sylloge aliqua *ἐπικλήσεων* usum esse, ad eandem deducimus etiam duos locos eos, quibus illi cum Clemente conspirant, praesertim cum alter locus (Juppiter *Ἀγαμέμνων*) petitus sit ex Staphylo, quem num ipsum scholiasta Lycophronis adhibuerit, per se dubium est. Ceterum alter exstat Hesychii locus, qui, si non cum Clemente, attamen cum Atheneaeo consentit, Bacchus *Συκεάτης*:

Hesychius	Athenaeus
Συκεάτης (*Συκεατίς* cod ; corr. L. Weber) *ὁ Διόνυσος.*	III 78 c *Σωσίβιος δ' ὁ Λάκων ἀποδεικνὺς εὕρημα Διονύσου τὴν συκῆν εἶναι διὰ τοῦτό φησι καὶ Λακεδαιμονίους Συκίτην Διόνυσον τιμᾶν.*

Utramque *ἐπικλήσεως* formam recte se habere L. Weber demonstravit (quaest. Lac. p. 45 s.). Neque in formarum varietate est haerendum, quae quomodo potuerit exoriri et supra exposui et infra compluribus exemplis illustrabo. Sed haec *ἐπίκλησις* cum fluxerit e Sosibio, adhuc iam argumentum certum non praebet, neque ego Hesychium nunc premo. De Sosibio autem quid sit iudicandum, infra oportebit disserere: nunc quoniam satis erat Hesychii cum Clemente et Athenaeo concentum denotavisse, alia de Hesychio argumenta atque firmiora arcessenda sunt.

2.

Id potissimum nobis agendum est, ut scholiastam Lycophronis et Hesychium eadem ac reliquos *ἐπικλήσεων* sylloge usos esse osten-

damus. Certa autem argumenta et rationes ut subiciamus iis, quae comprobaturi sumus, utrumque opus est contendere cum Pausania. Qui non solum saepissime easdem novit *ἐπικλήσεις*, quas aut scholiasta Lycophronis aut Diogenianus, sed ubicumque eadem deorum cognomina habet, quae alter ex illis, loci ita sunt comparati, ut ex communi fonte eos manavisse omnes facile appareat. Atque hic quoque ita licebit progredi ut supra, cum de Clemente egimus: consensus enim Pausaniae, scholiastae Lycophronis, Hesychii cum non intra certos fines contineatur, sed ad plurimas ac multifarias *ἐπικλήσεις* pertineat, quas non unius fontis primarii esse, sed permultorum necessarium est, etiamsi nomina auctorum non apponuntur, sequitur nec Pausaniam nec scholiastam Lycophronis nec Diogenianum fontes primarios consuluisse, sed compilationem aliquam exhausisse, qua illi omnes congesti erant. Ita autem rem instituam, ut Pausaniam primum cum scholiis Lycophronis, deinde cum Hesychio componam, postremo scholia Lycophronis et Hesychius qua ratione inter se cohaereant ostendam.

Ac Lycophronis scholia, ubi cum Pausania possunt conferri, plerumque Hesychium habent consentientem. Principem igitur locum obtineant Neptunus *Ἵππιος* et Ceres *Ἐρινύς*.

Pausanias	schol. Lycophr.	Hesychius
VIII 25, 4 *μετὰ δὲ Θέλπουσαν ἐπὶ τὸ ἱερὸν τῆς Δήμητρος ὁ Λάδων κάτεισι τὸ ἐν Ὀγκαίῳ· καλοῦσι δὲ Ἐρινὺν οἱ Θελπούσιοι τὴν θεόν, ὁμολογεῖ δὲ σφίσι καὶ Ἀντίμαχος ἐπιστρατείαν Ἀργείων ποιήσας ἐς Θήβας· καί οἱ τὸ ἔπος ἔχει· Δήμητρος τόθι φασὶν Ἐρινύος εἶναι ἕδεθλον. Ὁ μὲν δὴ Ὄγκιος Ἀπόλλωνός ἐστι κατὰ τὴν φήμην καὶ ἐν τῇ Θελπουσίᾳ περὶ τὸ χωρίον ἐδυνάστευε τὸ Ὄγκειον.* 5 *τῇ θεῷ δὲ Ἐρινὺς γέγονεν ἐπίκλησις· πλανωμένῃ γὰρ τῇ Δήμητρι, ἡνίκα τὴν παῖδα ἐζήτει, λέγουσιν ἕπεσθαί οἱ τὸν Ποσειδῶνα ἐπιθυμοῦντα αὐτῇ μιχθῆναι, καὶ τὴν μὲν ἐς ἵππον μεταβαλοῦσαν ὁμοῦ ταῖς ἵπποις νέμεσθαι ταῖς Ὀγκίου, Ποσειδῶν δὲ συνίησιν*	schol. 153: *Ἕρκυνν' Ἐρινὺς] ἐπώνυμα Δήμητρος· καὶ Καλλίμαχος καλεῖ τὴν Δήμητρα λέγων· Ἐρινύϊ Τιλφωσαίῃ.* — P 153 ad vocem *Ἐρινύς* adnotat: *δαίμων ἐν Ἀρκαδίᾳ· λέγει τὴν Δήμητραν.* — schol. 1040 *Τελφουσία δὲ ἐν Ἀρκαδίᾳ πόλις, ἔνθα ἡ Ἐρινὺς τιμᾶται.* — schol. 1225 *Ὀγκαίου τινὲς τοῦ τῆς Δήμητρος τουτέστι τοῦ ἐρι-*	

Pausanias

ἀπατώμενος, καὶ συγγίγνεται τῇ Δήμητρι ἄρσενι ἵππῳ καὶ αὐτὸς εἰκασθείς· 6 *τὸ μὲν δὴ παραυτίκα τὴν Δήμητρα ἐπὶ τῷ συμβάντι ἔχειν ὀργίλως, χρόνῳ δὲ ὕστερον τοῦ τε θυμοῦ παύσασθαι καὶ τῷ Λάδωνι ἐθελῆσαί φασιν αὐτὴν λούσασθαι. ἐπὶ τούτῳ καὶ ἐπικλήσεις τῇ θεῷ γεγόνασι, τοῦ μηνίματος μὲν ἕνεκα Ἐρινύς, ὅτι τὸ θυμῷ χρῆσθαι καλοῦσιν ἐρινύειν οἱ Ἀρκάδες· Λουσία δὲ ἐπὶ τῷ λούσασθαι τῷ Λάδωνι ....* 7 *τὴν δὲ Δήμητρα τεκεῖν φασιν ἐκ τοῦ Ποσειδῶνος θυγατέρα, ἧς τὸ ὄνομα ἐς ἀτελέστους λέγειν οὐ νομίζουσι, καὶ ἵππον τὸν Ἀρείονα· ἐπὶ τούτῳ δὲ παρὰ σφίσιν Ἀρκάδων πρώτοις Ἵππιον Ποσειδῶνα ὀνομασθῆναι.*

schol. Lycophr.

νώδους, παρ' ὅσον ἐν Ὄγκαις τῆς Ἀρκαδίας Ἐρινὺς Δημήτηρ τιμᾶται, ὡς καὶ Καλλίμαχος· τὴν μὲν ὅγ' ἐσπέρμηνεν Ἐρινύϊ Τιλφωσαίῃ.

Hesychius

ε Λουσία· Δημήτηρ παρὰ Τελφουσίοις.

Ἵππ[ε]ιος· Ποσειδῶν. φυσικῶς φασι διὰ τὸ λέγειν τὸν ποιητήν· αἵ θ' ἁλὸς ἵπποι ἀνδράσι γίγνονται. ἢ κατὰ τὸν μῦθον ὅτι ἵππους ἐγέννησε Ποσειδῶν Ἀρείονα, Σκυφίον, Πήγασον.

Scholiorum Lycophronis trium unam esse doctrinam supra exposui (cf. cap. V p. 31). Cuius quamquam nunc nihil habemus nisi miseras lacinias, tamen aut in scholiis aut apud scholiastae auctorem olim plura et ampliora exstitisse patet e scholiis ipsis. Nam e Callimachi versu discimus ea, quae nunc videntur discerpta, olim ita inter se fuisse coniuncta, ut fabula de origine cognominis *Ἐρινύος* referretur, atque ea quidem ipsa, quam Pausanias servavit: eadem Callimachi verba non solum Cereris epitheto, sed etiam rebus a Neptuno gestis documento sunt: *τὴν μὲν ὅ γ' ἐσπέρμηνεν Ἐρινύϊ Τιλφωσαίῃ*, id est: filiam (*τὴν*) Neptunus (*ὅγε*) Cereri genuit. Accedit, quod scholio v. 1225 locus fabulae Oncae Arcadicae commemorantur: easdem Oncas novit Pausanias. Ergo hic quoque non modo in oculos incurrit duorum testium consensus, sed etiam manifestum est, quid fuerit apud communem auctorem: *αἴτιον* cognominis testimoniis Antimachi et Callimachi instructum. — Sed Pausanias praeter Cererem *Ἐρινύν* etiam *Λουσίαν* explicat, de qua Lycophronis scholiasta non loquitur, quia Lycophro eius mentionem non facit. Haec autem *ἐπίκλησις* apud Hesychium latet (s. v. *ε Λουσία*), atque ita quidem, ut de concentu nullus scrupulus haereat. — Contra Neptunus *Ἵππιος* paullo est difficilior. Nam Hesychius et Pausanias nonne primo obtutu videntur prorsus dissentire?

Dissentiunt, sed ita, ut utrique eundem librum praesto fuisse perspiciamus. Hesychii enim auctor complures proposuit *ἐπικλήσεως* originationes; quarum quam primo loco posuit, ea e physicorum vel philosophorum doctrina fluxit. Cui verliloquio opponitur *μῦθος*. Sed quae affertur quasi una explicatio e fabulis repetita (*κατὰ τὸν μῦθον*), re vera tres sunt explicationes aut certe fabulae: nam Ario equus Arcadum est, Scyphius Thessalorum, Pegasus Corinthiorum; neque Neptunus *Ἵππιος* vocatus esse ab Hesychio dicitur, quia tres equos genuisset — quae sententia per se esset inepta ac ridicula neque fabula ulla potest cogitari, qua equi illi tres coniungantur —, sed tria eiusdem cognominis *αἴτια* significantur, per excerptores varios in brevissimam formam decurtata. Ergo Diogenianus exscripsit continuam aliquam de Neptuno Equestri disputationem, qua non una explicatio proposita erat, sed diversorum ac multorum auctorum sententiae colligebantur. Similem disputationem e veriloquiis et fabulis mixtam Pausaniam ante oculos habuisse in capite sexto (p. 14) dixi; hanc fuisse eandem, cuius fragmentum apud Hesychium exstat, inde efficitur, quod uterque eandem de equo Arione fabulam adhibet ad *ἐπικλήσεως* originem illustrandam. Reliqua autem *αἴτια* Neptuni Equestris Hesychiana apud Pausaniam non inveniri mirum propterea non est, quia ille Neptunum *Ἵππιον* cum Cerere Thelpusia coniunxit: quod ubi fecit, nec Scyphio nec Pegaso locus erat, sed uni Arioni. Priore vero de parte glossae Hesychianae pauca infra proponam, unde confirmetur eam fluxisse ex ea *ἐπικλήσεων* sylloge, quam olim exstitisse effecturus sum.

Nunc venio ad Venerem *Μορφώ*:

Pausanias	Scholia Lycophr.	Hesych.
III 15, 11 *ἐπίκλησις μὲν δὴ τῆς Ἀφροδίτης ἐστὶν ἡ Μορφώ, κάθηται δὲ καλύπτραν τε ἔχουσα καὶ πέδας περὶ τοῖς ποσί· περιθεῖναι δέ οἱ Τυνδάρεων τὰς πέδας φασὶν ἀφομοιοῦντα τοῖς δεσμοῖς τὸ ἐς τοὺς συνοικοῦντας τῶν γυναικῶν βέβαιον. τὸν γὰρ δὴ ἕτερον λόγον, ὡς τὴν θεὸν πέδαις ἐτιμωρεῖτο ὁ Τυνδάρεως, γενέσθαι ταῖς θυγατράσιν ἐξ Ἀφροδίτης ἡγούμενος τὰ ὀνείδη, τοῦτον οὐδὲ ἀρχὴν προσίεμαι· ἦν γὰρ δὴ παντάπασιν εὔηθες κέδρου ποιησάμενον ζῴδιον καὶ ὄνομα Ἀφροδίτην θέμενον ἐλπίζειν ἀμύνεσθαι τὴν θεόν.*	449 *τὸ δὲ Μορφὼ παροικήσουσι] τοῦτο τὸ ξόανόν φασι πεποιῆσθαι Ἀφροδίτῃ ὑπὸ Λακεδαίμονος νομοθέτου αἰνιξαμένου τὸ μὴ ἀσελγαίνειν τὰς παρθένους ἢ πείσεσθαι ταὐτὰ* (*πείθεσθαι ταύτῃ* AT; corr. Wilamowitz) *τῇ θεᾷ· οἱ δὲ Τυνδάρεών φασι διὰ τὸ ἁμάρτημα Ἑλένης.*	*Μορφώ· ἡ Ἀφροδίτη.*

Easdem simulacri explicationes binas Pausanias et scholiasta Lycophronis amplectuntur; nam quod hic dicit *τὸ μὴ ἀσελγαίνειν τὰς παρθένους*, idem significat ac Pausaniae verba *τὸ ἐς τοὺς συνοικοῦντας τῶν γυναικῶν βέβαιον.* Quodsi eo videntur discrepare, quod a Pausania utraque interpretatio ad Tyndareum refertur, cum in scholiis altero ab auctore Tyndareus, ab altero *Λακεδαίμων νομοθέτης* nominetur, hoc tam leve discrimen non solum prae similitudine indubitata evanescit, sed cernimus, quod saepissime observare licet, Pausaniam auctorem suum non satis diligenter exscripsisse. Ceterum quis fuerit *Λακεδαίμων νομοθέτης*, certo adfirmari non potest; aut *Λακεδαίμων* est nomen proprium, quo Lacedaemo, Jovis et Taygetae filius, heros eponymus Lacedaemonis (Apollod. III 10, 3, 1) significatur, aut *Λακεδαίμων νομοθέτης* appellatur Lycurgus; utique errat Tzetzes, cum scholii verba pronomine indefinito interpolato sic interpretatur: *ὑπὸ Λακεδαιμονίου τινὸς νομοθέτου.* De Hesychio vero uberius disserere non opus est.

Sequitur Minerva *Σάλπιγξ*:

Pausanias	Hesychius	Schol. Lyc.
II 21, 3 *Ἀθηνᾶς ἱδρύσασθαι Σάλπιγγος ἱερόν φασιν Ἡγέλεων. Τυρσηνοῦ δὲ τοῦτον τὸν Ἡγέλεων, τὸν δὲ Ἡρακλέους εἶναι καὶ γυναικὸς τῆς Λυδῆς, Τυρσηνὸν δὲ σάλπιγγα εὑρεῖν πρῶτον, Ἡγέλεων δὲ τὸν Τυρσηνοῦ διδάξαι τοὺς σὺν Τημένῳ Δωριέας τοῦ ὀργάνου τὸν ψόφον, καὶ δι' αὐτὸ Ἀθηνᾶν ἐπονομάσαι Σάλπιγγα.*	*σάλπιγξ· … ἐκδέχονται δὲ καὶ Σάλπιγγος Ἀθηνᾶς ἱερὸν παρὰ Ἀργείοις.*	986 *Σάλπιγγα*] P: *ἐπώνυμον Ἀθηνᾶς.* = Etym. M. p. 708, 2 *Σάλπιγξ Ἀθηνᾶ· Διὰ τὸ πρῶτον αὐτὴν εὑρεῖν σάλπιγγα, καὶ ἱδρῦ[σα]σθαι Σάλπιγγος Ἀθηνᾶς ἱερὸν ἐν Ἄργει.*

Pausaniam cum Argos describat, eandem atque ceteros testes rem referre in propatulo est. Quodsi a Lycophronis scholio in Et⁰ M⁰ servato longius videatur recedere, primum ea, quae Pausanias narrat, utique neglegentissime ab eo ex auctore suo exscripta esse moneo; nam cum Tyrsenum Heraclidam tubam invenisse memoriae prodat, nullo pacto intellegi potest, cur Minervae maxime templum dedicatum sit, cur haec potissimum dea cognomen *Σάλπιγγος* acceperit. Itaque potest ambigi quis peccaverit, utrum Pausanias an eius librarii; quin peccatum sit, ambigi non potest. Nam quid vere a veteribus hac de re traditum sit, scholion V ad Iliadis Σ 219 docet: ibi cum tubarum apud Graecos genera enumerentur, haec verba exstant: *σαλπίγγων δὲ εἴδη ἕξ· πρώτη ἡ Ἑλληνικὴ μακρὰ τὸ σχῆμα, ἣν Τυρρηνῷ (Τυρρηνοῖς* vulgo) *εὗρεν ἡ Ἀθηνᾶ, διὸ καὶ Σάλπιγξ παρὰ Ἀργείοις τιμᾶται κτλ.* Ita si fabula propagabatur, intellegi poterat neque nexu carebat.

Pausaniae vero ad locum ex huius scholii doctrina eadem lux redundat atque ad Lycophronis scholium. Ille enim cum apud auctorem suum invenisset aut Minervam Tyrseno aut, id quod idem est, Tyrsenum auctore Minerva primam tubam fabricatum esse, facillimo omnium errore aut Tyrsenum pro Minerva posuit aut Minervam omisit; quam neglegentiam ab ipso commissam esse ut malim quam a librariis, eo adducor, quod cum omnino constat, quam indiligenter auctoribus omnibus Pausanias sit usus, tum hac in quaestione uno saltem exemplo confirmatum est. Lycophronis autem scholium ipsum quoque ad Tyrsenum pertinere manifestum est. Quae si recte disputavi, sequitur auctorem Pausaniae olim eadem tradidisse, quae Hesychius et scholia Lycophronis referunt. Ergo testes illi tres eundem auctorem adhibuerunt.

Quartus locus est de Neptuno Erechtheo, quo de epitheto haec memoriae produntur:

Pausanias	Scholia Lycophronis	Hesychius
I 26, 5 in describenda arce Atheniensium *ἐςελθοῦσι δὲ εἰσι βωμοί, Ποσειδῶνος, ἐφ' οὗ καὶ Ἐρεχθεῖ θύουσιν ἔκ του μαντεύματος κτλ.*	157. p. 80, 4 K *τὸ δὲ Ἐρεχθεύς τινες μὲν ἐπὶ τοῦ Ποσειδῶνος, ἄλλοι δὲ ἐπὶ τοῦ Διὸς ἤκουσαν.* De Jove scholiasta v. 431, p. 106, 5 K, nonnulla exhibet. Cf. cap. V p. 17.	*Ἐρεχθεύς· Ποσειδῶν ἐν Ἀθήναις.*

Pausanias et locum et *ἐπίκλησιν* affert et *αἴτιον* significat (*ἔκ του μαντεύματος*). Itaque hic quoque ceteris uberior est, sed ita, ut de consensu aut de auctore communi dubium nequeat exoririri.

Quintum teneant locum Apollo *Ζωστήριος* et Minerva *Ζωστηρία*, quibus in cognominibus explicandis Pausanias, Diogenianus et scholiasta Lycophronis hoc modo consentiunt:

Pausanias	Hesychius	Scholia Lycophronis
I 31, 1 *ἐν Ζωστῆρι δὲ ἐπὶ θαλάσσης καὶ βωμὸς Ἀθηνᾶς καὶ Ἀπόλλωνος καὶ Ἀρτέμιδος καὶ Λητοῦς. τεκεῖν μὲν οὖν Λητὼ τοὺς παῖδας ἐνταῦθα οὔ φασι, λύσασθαι δὲ τὸν ζωστῆρα ὡς τεξομένην, καὶ τῷ χωρίῳ διὰ τοῦτο γενέσθαι τὸ ὄνομα.*	*Ζώστειρα· Ἀθηνᾶς ἐπίθετον ἐν Βοιωτίᾳ. Ζωστήρ· . . . . καὶ Ἀπόλλων παρὰ Ἀθηναίοις καὶ τόπος ἔνθα Λητὼ ἐλύσατο τὴν ζώνην.*	Pad 1279: *ἡ Λητὼ εἰς Ἀθήνας παρεγένετο βουλομένη ἀποτεκεῖν τὸν Ἀπόλλωνα κἀκεῖσε ἔλυσε τὴν ζώνην, διὸ καὶ Ζωστὴρ ὁ τόπος ὠνόμασται καὶ ἐν αὐτῷ* (*αὐτῇ* libri) *Ζωστηρίου Ἀπόλλωνός ἐστιν ἱερόν.*

Pausanias	Hesychius	Scholia Lycophronis
IX 17, 3: Thebis πλησίον δὲ Ἀμφιτρύωνος δύο ἀγάλματα λίθινα λέγουσιν Ἀθηνᾶς ἐπίκλησιν Ζωστηρίας· λαβεῖν γὰρ τὰ ὅπλα αὐτὸν ἐνταῦθα, ἡνίκα Εὐβοεῦσι καὶ Χαλκώδοντι ἔμελλεν ἀντιτάξεσθαι. τὸ δὲ ἐνδῦναι τὰ ὅπλα ἐκάλουν οἱ παλαιοὶ ζώσασθαι· καὶ δὴ Ὅμηρον Ἄρει τὸν Ἀγαμέμνονα ποιήσαντα ἐοικέναι τὴν ζώνην, τῶν ὅπλων τὴν σκευήν φασιν εἰκάζειν.		

Pausanias Apollinis ἐπίκλησιν non diserte nominat, sed ita eloquitur, ut eandem rem eum tractare in aperto sit; Hesychii vero et Pausaniae de Minervae consensus inde elucet, quod hic Thebanorum res describit; erat enim altera Minerva Ζωστηρία apud Locrenses (cf. Steph. Byz. s. v. Ζωστήρ).

Venio ad Dianam Pheraeam. Quam Pausanias bis commemorat, primum in describenda Sicyone II 10, 7: ἀπὸ τούτων δὲ ἀνιοῦσιν ἐς τὸ γυμνάσιόν ἐστιν ἐν δεξιᾷ Φεραίας ἱερὸν Ἀρτέμιδος· κομισθῆναι δὲ τὸ ξόανον λέγουσιν ἐκ Φερῶν; deinde in Argolicis II 23, 5: τῆς δὲ Ἀρτέμιδος τῆς Φεραίας, σέβουσι γὰρ καὶ Ἀργεῖοι Φεραίαν Ἄρτεμιν κατὰ ταὐτὰ Ἀθηναίοις καὶ Σικυωνίοις, τὸ ἄγαλμα καὶ οὗτοί φασιν ἐκ Φερῶν τῶν ἐν Θεσσαλίᾳ κομισθῆναι. Quamquam Pausanias in Atticis Dianae Pheraeae mentionem non inicit, tamen sequitur eius auctorem rettulisse Dianam Pheraeam coli Athenis, Argis, Sicyone eiusque cultum has in urbes tres translatum esse Pheris. Eandem rem Diogenianus videtur significare, cum Hesychius scribat: Φεραία· Ἀθήνησι ξενικὴ θεός. Quodsi addit, οἱ δὲ τὴν Ἑκάτην[1]), haec apud Pausaniam non exstant, sed occurrunt in scholiis Lycophronis v. 1180, p. 175, 9 K: Φεραίαν τὴν ἐν Φεραῖς τιμωμένην. καὶ Καλλίμαχος· Ἄρτεμι Μουνυχίη λιμενοσκόπε χαῖρε Φεραίη. ἡ αὐτὴ δὲ δηλονότι τῇ Ἀρτέμιδι ἡ Ἑκάτη. Hoc idem est ἐπικλήσεως veriloquium, quod Pausanias habet. Itaque hi quoque loci inter se et consentiunt et supplent.

---

[1]) His verbis ipsis vetamur, glossam Hesychii inter Callimachi scholia (hymn. III 259) referre.

Minerva *Κυδωνία* apud Hesychium non invenitur, sed apud Pausaniam et apud scholiastam Lycophronis. Cuius verba nunc misere decurtata olim cum ampliora essent quin quadraverint ad Pausaniam, non dubito:

Pausanias	Schol. Lycophronis
VI 21, 6 . . . *καὶ Ἀθηνᾶς ἐστιν ἐπίκλησιν Κυδωνίας ναός· . . . . ἱδρύσασθαι δὲ τῇ θεῷ τὸ ἱερὸν Κλύμενόν φασιν ἀπόγονον Ἡρακλέους τοῦ Ἰδαίου, παραγενέσθαι δὲ αὐτὸν ἀπὸ Κυδωνίας τῆς Κρητικῆς καὶ τοῦ Ἰαρδάνου ποταμοῦ. λέγουσι δὲ καὶ Πέλοπα οἱ Ἠλεῖοι τῇ Ἀθηνᾷ θῦσαι τῇ Κυδωνίᾳ πρὶν ἢ ἐς τὸν ἀγῶνα αὐτὸν τῷ Οἰνομάῳ καθίστασθαι.*	936, p. 153, 19 K: *Ἀλοῖτις καὶ Κυδωνία καὶ Θρασὼ ἡ Ἀθηνᾶ.*

Deinceps, ut erat propositum, dicendum est de iis locis, quibus Pausanias cum solo Hesychio conspirat neque tertius testis superest. Quo ex genere nonnulli sunt, quos paucis annotatiunculis prosequi non erit inutile, velut is qui est de Herculis *Ἱπποδέτου* cognomine:

Pausanias	Hesychius
IX 26, 1: *τοῦ Καβειρίου δὲ ἐν δεξιᾷ πεδίον ἐστὶν ἐπώνυμον Τηνέρου μάντεως . . . . καὶ Ἡρακλέους ἱερὸν μέγα ἐπίκλησιν Ἱπποδέτου· τούς τε γὰρ Ὀρχομενίους φασὶν ἐς τοῦτο ἀφῖχθαι στρατιᾷ, καὶ τὸν Ἡρακλέα νύκτωρ τοὺς ἵππους λαβόντα συνδῆσαί σφισι τοὺς ὑπὸ τοῖς ἅρμασι.*	*Ἱπποδέτης· ὁ Ἡρακλῆς ὁ ἐν Ὀγχηστῷ τιμώμενος, οἱ δὲ ἐν Θήβαις.*

Pausanias *αἴτιον* narrat locumque ita nominat, ut conspirare eum cum Hesychio intellegamus: in media enim via, quae a Thebis Onchestum ducit, collocat Herculis templum.

Item consentiunt loci hi:

Pausanias	Hesychius
I 29, 2 Athenis *κατιοῦσι δὲ ἐς αὐτὴν* (scil. Academia) *περίβολός ἐστιν Ἀρτέμιδος καὶ ξόανα Ἀρίστης καὶ Καλλίστης. ὡς μὲν ἐγὼ δοκῶ καὶ ὁμολογεῖ τὰ ἔπη τὰ Πάμφως* [*Σαπφοῦς* libri; corr. Hecker], *τῆς Ἀρτέμιδός εἰσιν ἐπικλήσεις αἵται.* VIII 35, 8 *ἐπὶ δὲ ἄκρῳ τῷ χώματι ἱερόν ἐστιν Ἀρτέμιδος ἐπίκλησιν Καλλίστης· δοκεῖν δέ μοι καὶ Πάμφως μαθών τι παρὰ Ἀρκάδων πρῶτος Ἄρτεμιν ἐν τοῖς ἔπεσιν ὠνόμασε Καλλίστην.*	*Καλλίστη·* (*ἡ Θήρα τὸ πρότερον*). *καὶ ἡ ἐν τῷ Κεραμεικῷ ἱδρυμένη Ἑκάτη, ἣν ἔνιοι Ἄρτεμιν λέγουσιν.*

Pamphi testimonium etiamsi demendum esse supra dixi (cf. cap. VI p. 6, adn. 4), tamen apud Pausaniam restant, quae apte cum Hesychio conferantur, ac iure Kalkmannus monuit (p. 234), Hesychium diversas fuisse de his cognominibus Dianae sententias significare. Etiam Pausanias ita loquitur, ut de interpretandis nominibus fuisse, qui dubitarent, colligamus.—

Pausanias	Hesychius
IX 34, 1 *πρὶν δὲ ἐς Κορώνειαν ἐξ Ἀλαλκομενῶν ἀφικέσθαι, τῆς Ἰτωνίας Ἀθηνᾶς ἐστὶ τὸ ἱερόν· καλεῖται δὲ ἀπὸ Ἰτώνου τοῦ Ἀμφικτύονος καὶ ἐς τὸν κοινὸν συνίασιν ἐνταῦθα οἱ Βοιωτοὶ σύλλογον.*	*Ἰτωνία· Ἀθηνᾶ ἐν Βοιωτίᾳ.*

Uterque cum de Boeotia loquatur, consensus manifestus est; ceterorum enim testium Minervae Itoniae nonnulli a Thessalia proficiscuntur (Strab. 581, 6; Steph. Byz. s. v. *Ἰτών*).

Jam transeo ad eos locos, quorum de consensu dubitari adeo non potest, ut quidquam auctorum verbis addere supersedeam.

Pausanias	Hesychius
I 1, 3 *Κνίδιοι γὰρ τιμῶσιν Ἀφροδίτην μάλιστα καί σφισίν ἐστιν ἱερὰ τῆς θεοῦ· τὸ μὲν γὰρ ἀρχαιότατον Δωρίτιδος, μετὰ δὲ τὸ Ἀκραίας, νεώτατον δὲ ἣν Κνιδίαν οἱ πολλοί, Κνίδιοι δὲ αὐτοὶ καλοῦσιν Εὔπλοιαν.* (Cf. supra cap. VI p. 25).	*Ἀκρέα* [leg. *Ἀκραία*], *ἡ Ἀθηνᾶ· καὶ ἡ Ἀφροδίτη.*
I 24, 3 *λέλεκται δέ μοι καὶ πρότερον ὡς Ἀθηναίοις περισσότερόν τι ἢ τοῖς ἄλλοις ἐς τὰ θεῖά ἐστι σπουδῆς. πρῶτοι μὲν γὰρ Ἀθηνᾶν ἐπωνόμασαν Ἐργάνην.*	Hes. *Ἐργάνη· .... παρὰ δὲ Σαμίοις ἡ Ἀθηνᾶ.* Suid. *Ἐργάνη ἡ Ἀθηνᾶ, παρ' ὅσον ἔφορός ἐστι τῆς τῶν γυναικῶν ἐργασίας, ταύτῃ παρὰ Ἀθηναίοις καὶ Σαμίοις εἴρηται.* Cf. cap. II p. 5.
I 32, 2 *Ἀθηναίοις δὲ τὰ ὄρη καὶ θεῶν ἀγάλματα ἔχει. Πεντέλησι μὲν Ἀθηνᾶς, ἐν Ὑμηττῷ δὲ ἄγαλμά ἐστιν Ὑμηττίου Διός.* (Cf. supra cap. VI p. 27).	*Ὑμήττιος· Ζεὺς παρὰ Ἀττικοῖς.*
II 30, 3 *ἐν Αἰγίνῃ δὲ πρὸς τὸ ὄρος τοῦ Πανελληνίου Διὸς ἰοῦσίν ἐστιν Ἀφαίας ἱερόν, ἐς ἣν καὶ Πίνδαρος ᾆσμα Αἰγινήταις ἐποίησε. φασὶ δὲ οἱ Κρῆτες — τούτοις γάρ ἐστι τὰ ἐς αὐτὴν ἐπιχώρια — Καρμάνορος τοῦ καθήραντος Ἀπόλλωνα ἐπὶ φόνῳ τῷ Πύθω-*	*Ἀφαία καὶ* [*ἡ* cod., corr. Meursius] *Δίκτυννα· ἡ* [*καὶ* cod., corr. idem] *Ἄρτεμις.*

Pausanias	Hesychius
νος παῖδα Εὔβουλον εἶναι, Διὸς δὲ καὶ Κάρμης τῆς Εὐβούλου Βριτόμαρτιν γενέσθαι· χαίρειν δὲ αὐτὴν δρόμοις τε καὶ θήραις, καὶ Ἀρτέμιδι μάλιστα φίλην εἶναι. Μίνω δὲ ἐρασθέντα φεύγουσα ἔρριψεν ἑαυτὴν ἐς δίκτυα ἀφειμένα ἐπ' ἰχθύων θήρᾳ. ταύτην μὲν θεὸν ἐποίησεν Ἄρτεμις, σέβουσι δὲ οὐ Κρῆτες μόνον, ἀλλὰ καὶ Αἰγινῆται, λέγοντες ἀφανισθῆναι [φαίνεσθαι libri; corr. Kalkmann] ἐν τῇ νήσῳ τὴν Βριτόμαρτιν. ἐπίκλησις δέ οἱ παρά τε Αἰγινήταις ἐστὶν Ἀφαία καὶ Δίκτυννα ἐν Κρήτῃ. — III 14, 19 ἐπανελθοῦσι δὲ ὀπίσω πρὸς τὴν λέσχην ἐστὶν Ἀρτέμιδος Ἰσσωρίας (Ἰσσώρας cod., corr. L. Weber) ἱερόν· ἐπονομάζουσι δὲ αὐτὴν καὶ Λιμναίαν, οὖσαν οὐκ Ἄρτεμιν, Βριτόμαρτιν δὲ τὴν Κρητῶν. τὰ δὲ ἐς αὐτὴν ὁ Αἰγιναῖος ἔχει μοι λόγος (Cf. cap. VI p. 16).	Βριτόμαρτις· ἐν Κρήτῃ ἡ Ἄρτεμις. Cf. schol. Callim. hymn. Dian. 190: Βριτόμαρτις· ὄνομα κύριον τῆς νύμφης, ἀφ' ἧς καὶ ἡ Ἄρτεμις ἐν Κρήτῃ, ὡς Διογενιανός. (Cf. cap. II p. 4). Ἰσσωρία· ἡ Ἄρτεμις. (καὶ τόπος καὶ ἑορτὴ ἐν Σπάρτῃ).
II 35, 1 apud Hermionenses καὶ Ἀρτέμιδος ἐπίκλησιν Ἰφιγενείας ἐστὶν ἱερόν.	Ἰφιγένεια· ἡ Ἄρτεμις.
III 10, 7 τρίτη δὲ ἐκ τῆς ὁδοῦ τῆς εὐθείας ἐκβολὴ κατὰ τὰ δεξιὰ ἐς Καρύας ἄγει καὶ ἐς τὸ ἱερὸν τῆς Ἀρτέμιδος. τὸ γὰρ χωρίον Ἀρτέμιδος καὶ Νυμφῶν ἐστιν, καὶ ἄγαλμα ἕστηκεν Ἀρτέμιδος ἐν ὑπαίθρῳ Καρυάτιδος· χοροὺς δὲ ἐνταῦθα αἱ Λακεδαιμονίων παρθένοι κατὰ ἔτος ἱστᾶσι καὶ ἐπιχώριος αὐταῖς καθέστηκεν ὄρχησις.	Καρυᾶτις· ἑορτὴ Ἀρτέμιδος καὶ ἱερόν. Cf. infra p. 23 s.
III 15, 9 Μόνοις δὲ Ἑλλήνων Λακεδαιμονίοις καθέστηκεν Ἥραν ἐπονομάζειν Αἰγοφάγον καὶ αἶγας τῇ θεῷ θύειν. Ἡρακλέα δὲ λέγουσιν ἱδρύσασθαι τὸ ἱερὸν κτλ. Sequitur αἴτιον.	Αἰγοφάγος· Ἥρα [χήρα cod., corr. Heins.] ἐν Σπάρτῃ.
III 18, 6 τὴν δὲ Ἀλεξάνδραν οἱ Ἀμυκλαιεῖς Κασσάνδραν τὴν Πριάμου φασὶν εἶναι.	Κασσάνδρα· Ἀλεξάνδρα ἐν Λακεδαιμονίᾳ.
III 26, 4 Leuctris πεποίηται δὲ καὶ Κασσάνδρας τῆς Πριάμου ναὸς καὶ ἄγαλμα, Ἀλεξάνδρας ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων καλουμένης.	

Pausanias	Hesychius
III 19, 7 *Θηρειτὰν δὲ ἐπονομάζουσιν* (scil. Martem Lacedaemonii) *ἀπὸ Θηροῦς· ταύτην γὰρ τροφὸν εἶναι τοῦ Ἄρεως λέγουσι κτλ.* Cf. supra cap. VI p. 7.	*Θηρίτας· ὁ Ἐνυάλιος παρὰ Λάκωσιν.*
VIII 47, 6 Tegeatae *ἐς δὲ τὴν Ἄρτεμιν τὴν Ἡγεμόνην τὴν αὐτὴν τοιάδε λέγουσιν. Ὀρχομενίων τῶν ἐν Ἀρκαδίᾳ τυραννίδα ἔσχεν Ἀριστομηλίδας κτλ.* Sequitur fabula de origine templi.	*Ἡγεμόνη. Ἄρτεμις καὶ Ἀφροδίτη (καὶ ναῦς τις οὕτω καλεῖται).*

His tot locis satis puto esse demonstratum, quod volui, et scholiastam Lycophronis et Hesychium ea sylloge *ἐπικλήσεων* esse usos, quae Pausaniae in manibus fuit. Quae opinio ut omni a parte stabiliatur, reliquum est, ut eos locos componam, ubi scholia Lycophronis cum Hesychio conspirant neque quisquam reliquorum testium superest; unde quae petita sunt argumenta, eo graviora sunt, quod scholia Lycophronis in Hesychio non insunt (cf. Scheeri praef. Lycophr. p. XIII). Plerosque autem locos, qui huc faciunt, satis erit in unum conspectum contulisse. Quorum tabula haec est:

Hesychius	Scholia Lycophronis
Ἀγρίσκα [*Ἀγρίφα*; corr. Wakefield] *Ἀθηνᾶ.*	1152, p. 173, 18 K: *Γυγαία καὶ Ἀγρίσκα καλεῖται ἡ Ἀθηνᾶ.*
Βομβυλία· ἡ Ἀθηνᾶ ἐν Βοιωτίᾳ.	786: *Βομβυλεία ἡ Ἀθηνᾶ τιμᾶται ἐν Βοιωτίᾳ.*
Γυγᾶ· Ἀθηνᾶ ἐγχώριος.	1152: *Γυγαία καὶ Ἀγρίσκα καλεῖται ἡ Ἀθηνᾷ.* Eusthatius ad *B* 865 exscripto Strabonis loco, haec ponit e scholiis Lycophronis assumpta: *ἕτεροι δὲ καὶ Ἀθηνᾶν Γυγαίαν αὐτόθι* (prope lacum Gygaeum) *τιμᾶσθαί φασιν.*
Δάειρα· (*ἡ Περσεφόνη*, coll. Etym. M. supplevit Schmidt) = Et. M. 244, 34. *Δάειρα· ἡ Περσεφόνη παρὰ Ἀθηναίοις· παρὰ τὴν δᾷδα· ἐπειδὴ μετὰ δᾴδων ἐπιτελεῖται αὐτῇ τὰ μυστήρια· ἢ ὅτι δᾷδα φορεῖ.*	710 *θήσει Δαείρᾳ*] *ἡ Περσεφόνη.*

Hesychius	Scholia Lycophronis
Ἰατρός· (θεραπευτὴς ἢ ἐφαπτὶς ἢ ἥρως Ἀθήνησιν ἀρχαῖος) καὶ Ἀπόλλων. Cf. cap. II p. 11.	1377 ad verba *χρησμοῖς Ἰατροῦ* P adnotat: *τοῖς χρησμοῖς τοῦ Ἀπόλλωνος· ἰατρὸς γάρ.*
Ἰχναίην χώραν· (τὴν Μακεδονίαν, ἔνθα τὸ μαντεῖον Ἀπόλλων κατέσχε). καὶ τιμᾶται Ἰχναίη Θέμις.	129, p. 76, 17 K: *θυγάτηρ δὲ τοῦ Ἡλίου Θέμις, διότι πάντ' ἐφορᾷ καὶ πάντ' ἐπακούει. ὅθεν καὶ Ἰχναία, διὰ τὸ κατ' ἴχνος τῶν ἀνθρώπων πορεύεσθαι.* P 129 *Ἰχναίας] τῆς κατ' ἴχνιον βαινούσης καὶ τοὺς ἀνθρώπους ἐφορώσης, ἥτις ἐστὶν ἡ Θέμις· ἐν Ἴχναι[αι]ς γὰρ τῆς Μακεδονίας διέτριβεν.*
Μάμερτος· Ἄρης.	1410, p. 193, 3 K: *Κανδαῖος δὲ καὶ Μάμερτος ὁ Ἄρης.*
Ὁμολώιος· Θήβησιν οὕτω προσαγορεύεται ὁ Ζεύς. Plenior glossa exstat apud Photium s v., cf. cap. II p. 9.	519, p. 117, 11 K: *καὶ ὁ Ζεὺς παρ' αὐτοῖς* (scil. *Θηβαίοις*) *Ὁμολώιος κτλ.*
Παλαίμων· ὁ Ἡρακλῆς.	662, p. 132, 14 K: *Παλαίμων δὲ ὁ Ἡρακλῆς διὰ τὸ παλαῖσαι αὐτὸν τῷ Διὶ ἢ τῷ Ἀχελώῳ ποταμῷ.* Cf. Et. M. s. v. *Πολεμών.*
Παλληνίς· ἡ Ἀθηνᾶ ἐν Χαλκίδι.	1261, p. 181, 9 K: *Μυνδία καὶ Παλληνὶς ἡ Ἀθηνᾶ τιμᾶται.*

Modo Hesychius, modo scholiasta uberiorem se praebet, nonnumquam ad verbum concinunt.

Pauca de hoc loco disputanda sunt:

Hesychius	Scholia Lycophronis
Ἐνόρχης· Διόνυσος ἐν Σάμῳ.	212, p. 85, 13 K: *Ἐνόρχης δὲ ὁ Διόνυσος διότι μετ' ὀρχήσεως αὐτοῦ ἐπιτελεῖται τὰ μυστήρια;* p. 85, 16 K: *δαίμων δὲ Ἐνόρχης ὁ Διόνυσος παρὰ Λεσβίοις· φασὶ δύο ἀδελφοὺς συμμιγῆναι (συμμιγέντας* A; T eandem rem aliis verbis usus refert), *Θυέστην καὶ τὴν Δαιτώ, ἐξ ὧν ἐτέχθη πρῶτος παῖς Ἐνόρχης, ἀφ' οὗ καὶ ὁ Διόνυσος Ἐνόρχης· ὁ γὰρ παῖς αὐτοῦ † ἱδρύσατο ἀπὸ τοῦ ἰδίου ὀνόματος.*

Eandem eiusdem dei fuisse *ἐπίκλησιν* uterque testis cum referat, consensus in lucido est; ac scholia Lycophronis uberiora quam

Hesychius ex auctore communi descripserunt, duas cognominis explicationes, alteram ex historia fabulari, alteram a cultus ratione et veriloquio nominis petitam. Quodsi scholiasta Lesbum, Hesychius Samum adferat, ne hoc quidem miramur, si indolis quae sylloges erat et esse debebat, rationem habemus; et varia hoc maxime loco in ea congesta fuisse scholiasta Lycophronis ipse testatur, quippe qui duas in explanando epitheto sententias adferat.[1])

Restat Apollo *Ἀλαῖος*, quem in corrupta glossa s. v. *Αὐλίς* apud Hesychium latere Schmidtius recte intellexit: eundem scholia Lycophronis v. 920 interpretata sunt, quorum doctrina nunc adeo corrugata est, ut ad verba *Ἀλαίου Παταρέως* P nihil exhibeat nisi voculas: *ἐπώνυμα Ἀπόλλωνος*. Aliquando autem pleniora adscripta fuisse Et^um^ M^um^ testis est. (s. v. *Ἀλαῖος* p. 58, 4)[2]).

---

[1]) Praeter Bacchum Ἐνόρχην unus est Juppiter Ἐπιδώτης, in quo duo syllogae testes videntur dissentire: nam Pausanias III 17, 7 non de Jove, sed de daemone Epidota Spartae culto loquitur, Hesychius s. v. Ἐπιδότης habet Jovem Ἐπιδότην Laconicum (cf. L. Weberi quaest. Lac. p. 58). Sed Pausanias narrationem l. l. nescio quem secutus auctorem non tam ad cultum Epidotae adnectit quam ad statuas duas Pausaniae regis in periegesi commemoratas, quae cur constitutae sint, fabella ista explicat; cf. § 7 παρὰ δὲ τῆς Χαλκιοίκου τὸν βωμὸν ἑστήκασι δύο εἰκόνες Παυσανίου τοῦ περὶ Πλάταιαν ἡγησαμένου et § 9 .... Λακεδαιμόνιοι δὲ ἐκτελοῦντες πρόσταγμα ἐκ Δελφῶν τάς τε εἰκόνας ἐποιήσαντο τὰς χαλκᾶς καὶ δαίμονα τιμῶσιν Ἐπιδώτην κτλ. Itaque hic Pausanias locus ad ἐπικλήσεις omnino non pertinet neque potest cum Hesychio comparari, sed e fonte longe alio fluxit; et erravit Immerwahr (Die Lakonika des Pausanias, Berol. 1889, p. 90 s.), cum coniceret Pausaniam Sosibio usum esse. Pausanias autem cum referre videatur Mantineae coli Jovem Ἐπιδώτην (VIII 9, 2 Μαντινεῦσι δέ ἐστι καὶ ἄλλα ἱερὰ καὶ τὸ μὲν Σωτῆρος Διός, τὸ δὲ Ἐπιδώτου καλουμένου), quid velit, ambiguum est; nam possunt ad Jovem referri, possunt autem ita verti: *In Mantinea giebt es unter andern Heiligtümern das des Zeus Soter und das des sogenannten Epidotes.* Itaque ne hic quidem locus certo potest ad ἐπικλήσεις referri; immo, cum ea interpretatio nominis Epidotae quam Pausanias addit (ἐπιδιδόναι γὰρ δὴ ἀγαθὰ αὐτὸν ἀνθρώποις), adeo vulgaris adeoque facilis sit inventu, ut ipse eam potuerit excogitavisse, neque huius opus sit fontem peculiarem statuere, ultra periegesim omnino non deducimur.

[2]) Huius glossae ope Euphorionis fragmentum XL (Mein.) removemus. Quod fragmentum apud Meinekium nititur in Tzetzae scholio Lyc. 911: Φιλοκτήτης δ' ἐξώσθη εἰς Ἰταλίαν προς Καμπανοὺς καὶ ..... Κρίμισσαν κατοικεῖ, καὶ πανθεὶς τῆς ἄλης Ἀλαίου Ἀπόλλωνος ἱερὸν κτίζει, ᾧ καὶ τὸ τόξον αὐτοῦ ἀνέθηκεν, ὥς φησιν Εὐφορίων. At Tzetzes hoc loco Et^um^ M^um^ (l. l.) exscripsit et contaminavit cum scholiis veteribus v. 911. Et^um^ autem Euphorionis nomen non habet, sed Orionem; cf. subscriptionem cod. Va; idem Orio in codicibus Tzetzae occurit omnibus, nisi quod pauci exarant Ἀρίων, quod idem est; Euphorio e coniectura Sebastiani interpolatur. Ceterum vel pro Orione in Et^i^ M^i^ glossa Orum esse restituendum docui in cap. II p. 8, adn. 1.

3.

Ea, quae in fronte huius capituli posui, ad liquidum perducta et ab omni parte stabilita esse nunc arbitror, fuisse olim corpus ἐπικλήσεων; quo usos esse Pamphilum (Athenaeum), Diogenianum, Clementem, Pausaniam, scholiastam Lycophronis. Nam primum cum describerem, quales fuissent ἐπικλήσεων auctores ab illis in usum vocati, enucleavi non modo similes, sed paene pares libros ab illis descriptos esse; deinde demonstravi singulis in locis iisque permultis inter se testes illos consentire, atque ita quidem, ut eadem sylloge, qua Clementem, Athenaeum et Pausaniam usos esse certum, Hesychium scholiastamque Lycophronis probabile sit; tum docui eadem ἐπικλήσεων collectione Diogenianum scholiastamque Lycophronis usos esse ac Pausaniam. Ergo omnes eundem librum adhibuerunt, id quod eo confirmatur, quod ex quinque illis hominibus non singuli cum singulis, sed quilibet paene cum quolibet conspirant; nam consentit Clemens cum Hesychio, Athenaeo, Pausania, scholiasta Lycophronis; consentit Athenaeus cum Hesychio et cum Clemente; consentit Hesychius cum Athenaeo, Clemente, Pausania, scholiasta Lycophronis; consentit Pausanias cum Clemente, Hesychio, scholiasta Lycophronis; consentit scholiasta Lycophronis cum Clemente, Hesychio, Pausania. Athenaeum autem neque cum Pausania neque cum scholiis Lycophronis artius conexum esse propterea mirum non est, quia Athenaeus tam paucas ἐπικλήσεις exhibet, ut facillime accidere potuerit, ut eas ipsas seligeret, quas illi omiserunt; qua in re propterea omnino nulla est offensio, quia Athenaeus ipse ἐπικλήσεων syllogen non inspexit, sed e Pamphilo hausit; qui cum per Diogenianum in Hesychium fluxerit, Hesychius et Athenaeus non duo testes sunt, sed unus; ac Pamphilum cum scholiis Lycophronis et cum Pausania facere ex Hesychio saepissime demonstravimus. Eam autem rationem inii, ut exponerem consentire illos scriptores non solum in uno auctore laudato, sed in libris naturae diversissimae exscriptis; aut ubi nec libri nec auctores nominarentur, ἐπικλήσεις ipsas esse tam varias, ut unus idemque auctor cogitari iam non posset. Itaque si complures auctores iidem eosdem homines expilaverunt, illos non singulos a singulis usurpatos, sed collectionem aliquam eorum adhibitam esse necessario sequitur. Quam ita institutam et compositam fuisse, ut supra contendimus, et locis ipsis inter se comparatis elucebat et iis, quae de singulis auctoribus supra exposui.[1])

---

[1]) Pausaniae eos locos in argumentando pro fundamento habebamus, qui aliqua de causa a periegesi secerni poterant. Nunc quoniam his locis nisi demonstravimus a Pausania syllogen quandam ἐπικλήσεων exscriptam esse eamque

Paullulum autem in Hesychio Pamphiloque erit commorandum, priusquam rem absolvamus. Ex iis enim *ἐπικλήσεων* glossis Hesychii, quas supra attuli, haud parva pars ad Lacedaemoniorum sacra spectat; quo quae pertinent, eas glossas Hesychii libro Sosibii Laconis, qui fuit *περὶ τῶν ἐν Λακεδαίμονι θυσιῶν*, ad unam omnes Lud. Weber (quaest. Laconic. p. 49 ss.) vindicavit. Ac verum est Sosibii doctrinam passim apparere in iis glossis, quae res sacras Spartanorum tractant. Sed cum in his maxime glossis Hesychium, id est Pamphilum, cum Pausania et cum scholiasta Lycophronis consentire comprobaverimus, qui non Sosibio, sed *ἐπικλήσεων* sylloge usi sunt, cumque eundem Sosibii librum ab auctore huius sylloges compilatum esse certum sit, iam certo dici non potest, utrum per lexicon Laconicum, quod Weberus (p. 37) olim exstitisse sibi persuasit, an per *ἐπικλήσεων* syllogen Hesychius doctrinam Sosibianam acceperit, nisi ex illo Pausaniae et scholiorum Lycophronis consensu veri multo similius est *ἐπικλήσεων* syllogen in his quoque glossis Laconicis fontem primarium Pamphili et Hesychii esse. Una certe glossa evincitur eam praeter lexicon Sosibianum a Pamphilo esse adhibitam. Haec enim Hesychius:

Κάρυαι. δένδρον. καὶ τόπος [*τόπον* cod. corr. Musurus] *Ἀρτέμιδος καὶ ἑορτή.*
Καρυάτεα· θυσία· Λάκωνες.
Καρυᾶτις· ἑορτὴ Ἀρτέμιδος καὶ ἱερόν.

Quarum glossa prima cum e duabus conglutinata sit, nomen *δένδρον* ex hac quaestione mittendum est; reliqua autem non modo inter se, sed etiam cum altera glossa cohaerere L. Weber perspexit

---

inter auctores suos etiam periegetas recepisse, observandum est, num etiam in periegeticis Pausaniae descriptionis partibus vestigia sylloges deprehendi possint. Sed fallitur, si quis multa aut gravia expectat. Exempla propono haec: Hes. s. v. Ἐλευθέριος enumerat inter eos, qui Jovem Ἐλευθέριον colunt, Athenienses, Plaetaeenses, Syracusanos, Tarentinos, Cares, Pausanias novit Jovem Ἐλευθέριον Atheniensium (I 3, 2) et Plataeensium (IX 2, 5); Hes. s. v. Ἐλεύθερος (leg. Ἐλευθερεύς) Bacchum Ἐλευθερέα Atheniensium commemorat, eundem Pausanias I 20, 3; Hes. s. v. Γαιάοχος commemorat Neptunum Γαιάοχον Laconum, eundem Pausanias III 20, 2. 21, 8 (cf. Weber. l. l. p. 57). Θεώριον Apollinem habet Hes. s. v., Θεάριος idem Pausaniae audit II 31, 5; Junonem Ἀκρίαν Argivorum Hesychius exhibet s. v., eandem Ἀκραίαν in Argolicis Paus. II 24, 1. At videmus quam incerta vel veri non similia haec sint. Multo incertiora, quae praeter has tam paucas glossas possunt colligi. Quae non modo mittenda sunt, ne videamur procedere in via lubrica, sed hic periegesis Pausaniae dissensus etiam argumentum est, quo comprobetur quod capite sexto demonstrabamus, ἐπικλήσεων fontem peculiarem Pausaniae fuisse.

(l. l. p. 60); qui quam incohavit, emendatio ita est perficienda, ut scribatur: *Κάρναι· (δένδρον)· καὶ τόπος· καὶ Καρνάτεα· θυσία Ἀρτέμιδος καὶ ἑορτή· Λάκωνες.* In quibus de verbis collocandis potest ambigi, de re dubium non est. Tertia autem in glossa illud mirum est, quod adscribitur *ἑορτή Ἀρτέμιδος.* Nam *Καρνᾶτις* est *ἐπίκλησις* Dianae, non dies festus. Idem in vocem *καὶ ἱερὸν* valet. Sed omnis offensio tolletur, ubicumque glossas proximas contulerimus. Hae enim plane eadem tradunt atque tertia; cuius verba *καὶ ἱερὸν* respondent illarum verbis *καὶ τόπος*, verba autem *ἑορτὴ Ἀρτέμιδος* ipsa antea redeunt. Sequitur eundem auctorem glossis *Κάρναι* et *Καρνάτεα*, eundem glossae s. v. *Καρνᾶτις* subesse. Qui ut bis compilaretur, fieri vix potuit in eodem eiusdem auctoris eundem ad finem composito libro, fieri potuit in lexico aut opere glossographico, ex multis libris conflato. Ac duas concurrere compilationes in manifesto est, alteram, quae ad Laconum res sacras pertinet, alteram, quae *ἐπικλήσεων* est. Nam fac aliquem Sosibii doctrinam in lexicon redegisse: nonne inutile ac prorsus stultum ineptumque erat eadem duabus inter se excipientibus glossas repetere? Itaque Sosibio utramque glossam vindico, sed ita ut altera alterum per fontem in Hesychium derivata sit. Itaque etiam in glossis Laconicis *ἐπικλήσεων* sylloges vestigium certum detectum est. Itaque non licet Hesychii glossas *ἐπικλήσεων* Laconicarum omnes Sosibio attribuere; nam praeter Sosibium de rebus sacris Spartanorum ab auctore sylloges alios scriptores transscriptos esse et multitudo sententiarum docet in his potissimum cognominibus explicandis apud Pausaniam et alibi conspicua et aperte nominantur Staphylus a Clemente, Praxilla a Pausania.

Altera nos quaestio postulat, cuinam Pamphili operi Athenaeus *ἐπικλήσεων* excerpta debeat. Qui cum titulum libri Pamphilei non afferret, sed satis haberet Pamphilum nominavisse, nuper E. Oder (de Antonino Liberali, p. 46) illa de Venere Meretrice excerpta libri tertii decimi ad Pamphili opus revocavit, quod inscriptum erat *Λειμών.* Ac nos, cum supra ostenderimus, *ἐπικλήσεις* a Pamphilo aut in *γλωσσῶν καὶ ὀνομάτων* parte peculiari aut in peculiari libro, certe non prope reliquas lexici glossas collocatas esse, nunc, quoniam eundem Pamphilum etiam Hesychio subesse cognovimus, iure nobis videmur statuere ex eodem Pamphili opere ad utrumque *ἐπκλήσεων* fragmenta pervenisse; et cum apud Hesychium aliud cogitari non possit nisi vastum illud Pamphili glossarum corpus, ex eodem Athenaeum hausisse necesse est. Itaque Pamphili onomasticon ita fuit dispositum, ut capitibus ad ordinem rerum, non literarum digestis *ἐπικλήσεις* peculiari capite tractarentur. De Prato autem Pamphili quid sit

statuendum, me ignorare fateor; nam ut adhuc dubitarunt viri docti, utrum hoc opus ab onomastico esset diversum necne, ita nullum video argumentum, quo haec opinionum lis diiudicari possit. Oderi saltem opinio utique in mera coniectura nititur neque testimonio ullo neque firmo argumento stabiliri potuit.

4.

Verum tempus est ad finem properare et definire, qua aetate sylloge *ἐπικλήσεων* composita sit. Cui muneri ut satisfaciamus, tempora oportet respicere et eorum qui sylloge usi sunt et eorum quibus auctor sylloges usus est.

Inter illos ad aetatem artius circumscribendam nihil valent, qui Diogeniano usi sunt. Tamen apud Clementis scholiastam paullulum commoremur antiquiorem, cuius studia Baanis, Arethae notarii, opera in codice Parisino Gr. 451 servata sunt. Quem Diogenianum exscripsisse duorum scholiorum subscriptiones cum doceant (p. 420, 20. 22, p. 423, 33 Dind.), cumque Clemens eodem *ἐπικλήσεων* auctore usus sit, quo Diogenianus, non mirum est occurrere in scholiis nonnulla, quae ut cum Clemente consentiunt, ita illo adeo ampliora sunt, ut ea ad eundem librum revocanda esse manifestum sit. Argumento sunt hi loci:

Clemens	Scholia	Pausanias
II 38 *ἐνταῦθα Ἀπομυίῳ Διὶ θύουσιν Ἠλεῖοι.*	*ὅτι ἐν Ἤλιδι Ἀπομυίῳ, τῷ ἀπελαστικῷ τῶν μυιῶν, Διὶ θύουσιν Ἠλεῖοι.*	V 14, 1 *φασὶ δὲ Ἡρακλεῖ τῷ Ἀλκμήνης θύοντι ἐν Ὀλυμπίᾳ δι᾽ ὄχλου μάλιστα γενέσθαι τὰς μυίας· ἐξευρόντα οὖν αὐτὸν ἢ καὶ ὑπ᾽ ἄλλου διδαχθέντα Ἀπομυίῳ θῦσαι Διὶ καὶ οὕτως ἀποτραπῆναι τὰς μυίας πέραν τοῦ Ἀλφειοῦ· λέγονται δὲ κατὰ ταὐτὰ καὶ Ἠλεῖοι θύειν τῷ Ἀπομυίῳ Διί, ἐξελαύνοντι τῆς Ἠλείας [Ὀλυμπίας] τὰς μυίας.*

Clementem scholia ceteroquin non diversa eo superant, quod vim *ἐπικλήσεως* commentantur: quae interpretatio in sylloge erat, unde ad Pausaniam pervenit. Atque hic quidem locus is est, cuius opera efficiatur Diogenianum etiam Et[i] M[i] auctori (s. v. *Ἀπόμυιος*) in manibus fuisse: eadem enim glossa apud illum invenitur p. 131, 23: *Ἀπόμυιος· οὕτως ὁ Ζεὺς παρὰ τοῖς Ἠλείοις τιμᾶται Ἡρακλέους ἱδρυσαμένου ἐπὶ ἀποτροπῇ τῶν μυιῶν.*

Etiam in iis, quae de Veneris *Περιβασοῦς* cognomine et a Clemente et a scholiasta eius adferuntur, sylloges vestigia cerni possunt:

Clemens	Scholia
II 39 *οὐχὶ δὲ Ἀφροδίτῃ Περιβασοῖ μὲν Ἀργεῖοι* (scil. *θύουσι*) *κτλ.*	*ἀσχημοποιῷ· ἐπίθετα δὲ ταῦτα τῆς Ἀφροδίτης.*

Carent scholia Argivis, Clemens explicatione, quae in voce *ἀσχημοποιῷ* inest. Verum cum consentiant, ex eodem fonte hauserunt, quo utrumque comprehendebatur.

Res vero conficitur locis his:

Clemens	Scholia	Schol. Aeschyli
II 39 *Διόνυσον δὲ ἤδη σιωπῶ τὸν Χοιροψάλαν· Σικυώνιοι τοῦτον προσκυνοῦσιν ἐπὶ τῶν γυναικείων τάξαντες μορίων, ἔφορον αἴσχους τὸν ὕβρεως σεβάζοντες ἀρχηγόν.*	*Χοιροψάλας Διόνυσος ἐν Σικυῶνι τιμᾶται τῆς Βοιωτίας*(?), *ὡς Πολέμων ἐν τῇ πρὸς Ἄτταλον ἐπιστολῇ· ἔστι δὲ μεταλαμβανόμενον ὁ τὸν χοῖρον ψάλλων τουτέστι τίλλων· χοῖρος δὲ γυναικεῖον αἰδοῖον (ὡς μαρτυρεῖ καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Ἀχαρνεῦσι λέγων· χοῖρε χοῖρε κοΐ κοΐ· τρώγοις ἂν ἐρεβίνθους; εἰπέ μοι· κοΐ κοΐ).*	Pers. 1033 K: *ψάλλε ἀντὶ τοῦ τίλλε· καὶ χοιροψάλας ὁ Διόνυσος ὁ τίλλων τὰ μόρια τῶν γυναικῶν.*

Eandem *ἐπίκλησιν*, eundem locum, eandem interpretationem et Clemens et scholiasta eius afferunt; scholiasta autem eminet, quod auctorem cum libro nominat, Polemonem, qui toties in hac quaestione nobis obversatus est.

Ac ne quis dubitet, etiam cum Hesychio scholia conspirant:

Hesychius	schol. Clem.
Ἐλευθερεύς [*Ἐλεύθερος* cod.]*· Διόνυσος ἐν Ἀθήναις καὶ ἐν Ἐλευθεραῖς.*	p. 430, 12 D: (*Διονύσου*) *Ἐλευθερέως*] *τοῦ ἐν ταῖς Ἐλευθεραῖς τιμωμένου· τόπος δὲ τῆς Βοιωτίας οὗτος.*

Etiam Apollinem *Κλάριον* scholiasta videtur sumpsisse e Diogeniano. Clemens enim cum scripserit (protr. II 11): *τὸν Κλάριον, τὸν Πύθιον, τὸν Διδυμέα, τὸν Ἀμφιάρεων, τὸν Ἀπόλλω* (?), *τὸν Ἀμφίλοχον*, scholiasta ad verba *τὸν Ἀπόλλω* p. 418, 6 Dind. adnotat *τοῦ ἐν Μιλήτῳ Ἀπόλλωνος· οὗτος* (leg. *οὕτως*) *γὰρ ἀπὸ τόπου Κολοφῶνος ἐκαλεῖτο.* Quo scholio duae ac diversae explicationes, ad falsum lemma adscriptae, confunduntur, altera Apollinis Didymaei Milesiorum, a Clemente posteriore loco commemorati, altera Colophoniorum Apollinis Clarii. Ac Didy-

maeum statim adgrediar, Clarium autem a Diogeniano tractatum esse testatur Hesychius: *κλάριον· (ἀμπελόφυτον)· καὶ ἐπίθετον Ἀπόλλωνος.*

Quoniam igitur certum est *ἐπικλήσεων* syllogen in scholia Clementis fluxisse per Diogenianum eiusdemque Diogeniani frustula in Etymologico Magno superesse, etiam duo Clementis scholia, quae sunt de Apolline Didymaeo ad fontem revocari possunt. Scholiasta enim ad Clementis vocem *Διδυμέα* (protr II 11) praeter verba supra allata cum haec adnotaverit: p. 418, 1 *ἐν Μιλήτῳ πόλει τῆς Καρίας Διδυμέως Ἀπόλλωνός ἐστι μαντεῖον* et postea ad vocem *Διδυμαίῳ* (protr. III 45) haec: p. 428, 9 *Διδυμαῖος γὰρ Ἀπόλλων ἐν Μιλήτῳ τιμᾶται ἢ διὰ τὸ ἅμα τῇ ἀδελφῇ Ἀρτέμιδι γεγεννῆσθαι ἢ διὰ τὸ διπλᾶ ἱερὰ εἶναι αὐτοῦ ἐκεῖ*, apparet utrumque scholion esse coniungendum. Ita duas *ἐπικλήσεως* Apollinis nanciscimur formas, cultus locum (Miletum; cf. schol. p. 418, 6), duas *ἐπικλήσεως* interpretationes. Itaque consentit Et[i] M[i] glossa p. 272, 44: *Διδυμαῖος· ὁ Ἀπόλλων· καὶ Διδυμεύς. ἀπὸ τῶν ἐν Μιλήτῳ Διδύμων. Καλλίμαχος· Φοῖβέ τε καὶ Ζεῦ Διδύμων γενάρχα.* Ibi quoque duae *ἐπικλήσεως* formae exstant eaedem, idem nominatur locus, explicationum altera est exscripta, testimonio ornata Callimachi, cuius versu idem *ἐπικλήσεως* veriloquium significatur, quod ultimis in verbis scholiastae inest. E scholiis autem Callimacheis haec Etymologici glossa non provenit, quia Callimachi versus neutram *ἐπίκλησιν* complectitur, neque ideo affertur ut ipse, sed ut illae illustrentur; praeterea scholia Callimachi, si quae sunt in lexicis maximeque in Etymologicis, solent ad Hecalen aut Aetia aut hymnos, pertinere, a quibus versiculus ille secludendus est propter metrum. Quod si est, et scholia Clementis et glossam Etymologici necessario ad Diogenianum revocamus, qui hanc quoque notitiam debet syllogae *ἐπικλήσεων*. Propterea autem haec Diogeniani glossa est memorabilis, quia docet me non finxisse, varias *ἐπικλήσεων* formas fuisse apud eundem sylloges auctorem: illa enim in glossa duae *ἐπικλήσεως* formae iuxta se in lemmate positae sunt, *Διδυμαῖος* et *Διδυμεύς*.[1])

Multo maioris momenti sunt scholia Theocritea. Kalkmannus enim (p. 212 ss.) recte intellexit Pausaniae doctam et exquisitam de Apolline Carneo disputationem (III 13, 4 ss.) redire in scholiis ad

---

[1]) Non ad *ἐπικλήσεις* pertinet Zagreus, de quo ea, quae sunt in Et[o] M[o] (p. 406, 46) e Diogeniano fluxerunt; cuius glossam paene integram servavit Et[um] M[um], priorem particulam e Diogeniano decurtato suo descripserunt Hes. Phot. s. v. *Ζαγρεύς*, posteriorem atque eam quidem Et[o] M[o] paullo pleniorem Et[um] Gud[um] p. 227, 38. Novit certe integram Diogeniani glossam scholiasta Clementis p. 420, 1 et 420, 3 Dind. Horum quinque scriptorum auctor communis praeter Homericum, lexica rhetorica, Scripturam Sacram — quibus in hac re nullus locus est — cogitari non potest nisi unus Diogenianus.

Theocr. V 83, atque ita quidem, ut neuter altero usus esse possit, sed ad communem auctorem uterque referri debeat. Itaque scholiasta Theocriti *ἐπικλήσεων* syllogen adhibuit, id quod eam quoque ob rem statuendum est, quia explicanda sunt illo Theocriti loco Carnea, dies festus Spartanorum, non Apollinis *ἐπίκλησις*, cuius apud Theocritum nulla mentio. Eadem de causa adducor, ut statuam Hesychii glossam s. v. *Καρνεῖος· ἐπίθετον Ἀπόλλωνος· ἴσως ἀπὸ Κάρνου τοῦ Διὸς καὶ Εὐρώπης* non e scholiis Theocriti fluxisse, sed ex *ἐπικλήσεων* corpore; nam si Theocritea esset, lemma debebat esse *Κάρνεα*, non *Κάρνειος*. Sed est memorabilis scripturae varietas in scholiis, quorum codex omnium praestantissimus Ambrosianus 222 recte exaravit verba Praxillae *Πράξιλλα μὲν ἀπὸ Κάρνου φησὶν ὠνομάσθαι τοῦ Δι᾽ς καὶ Εὐρώπης υἱοῦ, ὅς ἦν ἐρώμενος τοῦ Ἀπόλλωνος*, cum reliqui Theocriti libri Apollinis amasium *Κάρνειον* nominent. Verum in Ambrosiano esse et ratio docet et Hesychius testatur. Eo magis videmur nobis offendere in Pausaniae verbis, quia eandem corruptelam exhibent ac Theocriti codices deteriores: *Πραξίλλῃ μὲν δὴ πεποιημένα ἐστίν, ὡς* [*Διὸς καὶ* add. Kalkmann] *Εὐρώπης εἴη ὁ Κάρνειος καὶ αὐτὸν ἀνεθρέψατο Ἀπόλλων καὶ Λητώ*. Sed id tenendum est talem corruptelam facillime apud utrumque potuisse nasci in disputatione, qua nulla alia res agitabatur nisi Apollo Carneus, neque Pausanias e scholiis pendet, quia paullulum in narrando differt: in scholiis enim dicitur Carnus *ἐρώμενος τοῦ Ἀπόλλωνος*, Pausanias eum ab Apolline et Latona nutritum esse tradit. Fortasse igitur eadem scripturae diversitas in sylloge *ἐπικλήσεων* erat, unde altera lectio ad Pausaniam, utraque in archetypum codicum Theocriteorum devenit. Scholia autem Theocriti nomina auctorem afferunt praeter *Praxillam* a Pausania aliena haec: *Theopompum*, Alcmanem, Demetrium, quem Scepsium fuisse vidit Gaedius (fgm. 2, p. 18).

Jam vero, ut accuratius definiamus, quo tempore sylloge composita sit, ad scholia Lycophronis redeundum est.

His ea, quae de deorum epithetis proferunt, si ex uno *ἐπικλήσεων* corpore fluxerunt, ab uno eodemque homine illata esse necesse est. Itaque verum est, quod supra aliis rebus commotus contendi, maximam eamque optimam scholiorum partem ex unius grammatici officina prodiisse, quaeque ab hoc recedere videntur, ea posthac nescio qua ratione aggregata esse; nam exposui, quotiens Lycophronis verborum tota explicatio ex interpretamentis *ἐπικλήσεων* penderet et quam arte haec doctrina cum ceteris scholiis cohaereret. Quod si probari potest, ultro ad Theonem grammaticum relegamur, qui unus commentator Lycophronis nominatim adfertur cuiusque reliquias in scholiis inesse satis multas dubitari nequit. Atque eiusdem Theonis manus multis

scholiorum Theocriteorum locis conspicua est: quid igitur verisimilius vel potius verius quam ab hoc homine illa ex ἐπικλήσεων eodem corpore excerpta scholiis et Theocriti et Lycophronis inserta esse?

Ad scholia Lycophronis et Theocriti accedunt scholia Pindari. In quibus quae ad ἐπικλήσεις pertinent, ea non omnia eodem ex fonte manaverunt. Nam id quod in quovis auctore poterat fieri, hic quoque factum est, ut saepius ἐπικλήσεις obiter commemorarentur, non sua ipsarum causa, velut Apollo Οἰκιστής et Δωματίτης schol. Nem. V 81, Juppiter Ἀταβύριος schol. Ol. VII 159, Juppiter Λυκαῖος schol. Ol. VII 153, IX 143, Juppiter Ὀλύμπιος schol. Isthm. II 34, VI 10, Juppiter Σωτήρ schol. Isthm. VI 10, Minerva Ἑλλωτίς schol. Ol. XIII 56, Minerva Ἱππία schol. Pyth. IV 1. Ne ea quidem scholia, quibus ἐπικλήσεις explicentur, sed ita ut rationes non adhibeantur nisi tritissimae aut ex doctrina geographica a quovis auctore geographo petendae, apta sunt, quae in disputando pro fundamentis habeantur; ut quivis scholiasta vel paraphrasta eruditione grammatica mediocriter imbutus potuit scribere, quae de Jove Genethlio ad Ol. VIII 19, de Mercurio Enagonio ad Ol. VI 134 et Pyth. II 13, de Junone Telea ad Nem. X 3 adscripta sunt, et quivis scriptor geographus suppeditare potuit, quae de Jove Aetnaeo in schol. Ol. VI 158, Nem. I 4, 7 et de Jove Eleo in schol. Isthm. II 36 dicuntur. Quae omnia cum ad probandum idonea non sunt, tum speciem paraphrasticam prae se ferunt aut saltem a scholiis paraphrasticis nequeunt disiungi. Ad alios autem certos auctores possunt revocari Juppiter Ἠλεῖος, qui in schol. Ol. XI 55 adtingitur in ea lite, quae erat inter Aristodemum et Didymum de scriptura tradita librorum, Diana Ἰστρία, quae ipsa quoque in quaestione critica commemoratur in schol. Ol. III 46, Juno Ἀλέα, cuius αἴτιον e Menaechmio Sicyonio petitum in schol. Nem. IX 30 non propter ἐπίκλησιν affertur, sed propter Adrasti fugam; quicumque enim illud scholion confecit, is varias fabulas, quas repperiebat de Adrasti fuga, sive ipse congessit sive congestas ex compendio mythographi alicuius sumpsit; atque in hoc fabularum Adrasti catalogo Menaechmii locus aptissime collocatur, neque causa est, cur secernatur.

Haec omnia, quae utique mittenda sunt, si dempserimus, tamen aliquot scholia restant, quae deorum ἐπικλήσεις ipsarum causa explicant. Quae scholia quamquam non multa sunt — hac enim in re interpretes a Pindaro pendent —, tamen satis luculenter docent, eandem ἐπικλήσεων syllogen esse adhibitam atque a scholiastis Lycophronis et Theoriti. Ac primum quidem syllogen aliquam subesse, non unum auctorem continuum, inde colligimus, quod, etiamsi unus adest scholiasta, tamen saepius complures explicationes adscribuntur, quae profectae esse non

possunt nisi a pluribus hominibus; quorum testimonia a scholiastis ipsis esse collecta, ut per se verisimile non est, ita credi non posse demonstrabo postea aliorum testium locis collatis. Nominibus autem in afferendis scholia parca sunt, quippe quae nunc exstant misere decurtata ac foede truncata; itaque nemo affertur nisi *Apollodorus* (de Diana Orthosia, schol. Ol. III 54), Phaestus Laco (de Jove Ammone schol. Pyth. IV 28. VIII 89), *Callimachus* (de Neptuno Petraeo, schol. Pyth. IV 246). Et ea, quae de deorum epithetis in scholiis exponuntur, neque ad reliqua scholia pertinere neque omnino primitus ad Pindarum explicandum conscripta, sed e peculiari quodam auctore petita esse hic quoque iis locis comprobatur, quibus *ἐπικλήσεις* explicantur a Pindaro non commemoratae, ut idem doctrinae coacervandae studium pernoscamus, quod in scholiis Lycophronis et Theocriti observavimus.

Sed iam eo properandum est, ut conferamus singulos scholiorum Pindaricorum locos cum reliquis testibus, quorum in consensu tota probatio erit posita. E quibus Hesychio, quippe in quo glossae Pindaricae insint, utendum non est, nisi omnis dubitatio sublata est, quin quae praebet e scholiis Pindaricis hausta non sint.

Ac Pindarus, cum Nem. carmen primum ita exordiatur: *Ἄμπνευμα σεμνὸν Ἀλφεοῦ κλεινᾶν Συρακοσσᾶν θάλος Ὀρτυγία, δέμνιον Ἀρτέμιδος, Δάλου κασιγνήτα*, scholia ad v. 3 primum Aristarchi sententiam apponunt, quae arte verbis poetae adiungitur nec ultra Pindarum egreditur. Sequitur autem alter interpres, qui quamquam Dianae *Ἀλφειώας* Pindarus mentionem nullam fecit, non modo ad hanc *ἐπίκλησιν* provocat, sed etiam fuse disserit, qua de causa Diana illud cognomen acceperit: quod cum et duplicem in modum illustret et apud Eleos in usu esse bis affirmet, cognoscimus quam inepte fons quidam a scholiis et Pindaro per se alienus adhibeatur: is enim non de Elide loquitur, sed de Syracusis. Quae autem alter ille interpres de Diana Alphaeea profert, ea cum Pausaniae Eliacis quam maxime consentiunt:

Schol. Pind. Nem. I 3

ἔνιοι δὲ ἱστορικώτερον ἀκούουσιν. τὸν γὰρ Ἀλφειόν φασιν ἔρωτι ἁλόντα τῆς Ἀρτέμιδος ἐπιδιῶξαι αὐτὴν ἄχρι τῆς Σικελίας. τοῦ δὲ τέλους τῆς διώξεως αὐτόθι γενομένου αὐτόθι συστῆναι τὴν Ἀρέθουσαν. διὰ τοῦτο δὲ καὶ τὴν Ἄρτεμιν Ἀλφειώαν προσαγορεύεσθαι. καὶ ἐν Ὀλυμπίᾳ δὲ ὁ Ἀλφειὸς

Pausanias

V 14, 6 *μετὰ δὲ τοὺς κατειλεγμένους Ἀλφειῷ καὶ Ἀρτέμιδι θύουσιν ἐπὶ ἑνὸς βωμοῦ. τὸ δὲ αἴτιον τούτου παρεδήλωσε μέν που καὶ Πίνδαρος ἐν ᾠδῇ, γράφομεν δὲ καὶ ἡμεῖς ἐν τοῖς λόγοις τοῖς Λετριναίοις.*

VI 22, 8 *ἐπ' ἐμοῦ δὲ οἰκήματά τε ἐλείπετο ὀλίγα καὶ Ἀλφειαίας Ἀρτέμιδος ἄγαλμα ἐν ναῷ· γενέσθαι δὲ*

Schol. Pind. Nem. I 3

τῇ Ἀρτέμιδι συναφίδρυται. καὶ τὴν ποταμίαν Ἄρτεμιν ἔνιοι παρὰ τῷ Πινδάρῳ (Pyth. II, 12) ἀκούουσι διὰ τὸ ἐπ' αὐτῇ τοῦ Ἀλφειοῦ πάθος· εἰσὶ δὲ οἳ Ἀλφειώαν τὴν Ἄρτεμιν λέγουσιν διὰ τὸ τὸν Ἀλφειὸν πλησίον τῆς Ἠλείας Ἀρτεμισίας καταφέρεσθαι. (quae in scholiis sequuntur, verba tertii interpretis sunt, quae nihil ad ἐπικλήσεις.)

Pausanias

τὴν ἐπίκλησιν τῇ θεῷ λέγουσιν ἐπὶ λόγῳ τοιῷδε· ἐρασθῆναι τῆς Ἀρτέμιδος τὸν Ἀλφειόν, ἐρασθέντα δὲ ὡς ἐπέγνω μὴ γενήσεσθαί οἱ διὰ πειθοῦς καὶ δεήσεως τὸν γάμον, ἐπιτολμᾶν ὡς βιασόμενον τὴν θεὸν καὶ αὐτὸν ἐς παννυχίδα ἐς Λετρίνους ἐλθεῖν ὑπὸ αὐτῆς τε ἀγομένην τῆς Ἀρτέμιδος καὶ νυμφῶν, αἷς παίζων συνῆν αὐτῇ. τὴν δέ, ἐν ὑπονοίᾳ γὰρ τοῦ Ἀλφειοῦ τὴν ἐπιβουλὴν ἔχειν, ἀλείψασθαι τὸ πρόσωπον πηλῷ καὶ αὐτὴν καὶ ὅσαι τῶν νυμφῶν παρῆσαν, καὶ τὸν Ἀλφειόν, ὡς ἐσῆλθεν, οὐκ ἔχειν αὐτὸν ἀπὸ τῶν ἄλλων διακρῖναι τὴν Ἄρτεμιν, ἅτε δὲ οὐ διαγιγνώσκοντα ἀπελθεῖν ἐπὶ ἀπράκτῳ τῷ ἐγχειρήματι. Λετριναῖοι μὲν δὴ Ἀλφειαίαν ἐκάλουν τὴν θεὸν ἐπὶ τοῦ Ἀλφειοῦ τῷ ἐς αὐτὴν ἔρωτι.

Uterque ab eodem Alphei erga Dianam amore ἐπίκλησιν repetit, uterque Olympiae Dianam et Alpheum eadem in ara coli refert, uterque narrat, Alpheum Dianam non modo amavisse, sed amatam persecutum esse: quam fabulam scholiasta ad finem persequitur, cum usque ad Syracusas et Arethusam eam extendat; quae cum nulla ratione ad Dianam pertineant Pausanias omittit. Quodsi Pausanias dicit: *τὸ δὲ αἴτιον τούτου παρεδήλωσε μέν που καὶ Πίνδαρος ἐν ᾠδῇ*, nihil respici voluit nisi Nem. I 3.[1]) Itaque Pausanias aut Pindari exemplari usus est scholiis adornato — id quod propter varietatem quae est in formis ἐπικλήσεων non ita simile videtur veri — aut scholiasta et Pausanias eundem exscripserunt librum, in quo Nem. I 3 adferebatur. Hanc sententiam veram esse censeo; quae si probatur, cur in formis cognominis differant, facile explicatur. Confer, quae supra de Diana Condyleatide (p. 5), de Baccho Syceate (p. 9), de Apolline Didymaeo (p. 27) disputavi.

Jovem Ἑλλήνιον Aeginetarum Pindarus Nem. V 17 commemorat, eundem Aeginetarum cultum Pausanias habet II 29, 7:

---

[1]) Ergo hic Pausaniae locus e fragmentorum Pindaricorum numero tollendus est.

Schol. Pind. Nem. V 17

Ἑλλήνιος δὲ Ζεὺς τιμᾶται ἐν Αἰγίνῃ παρὰ τῷ οὕτως Ἑλληνίῳ ἀκρωτηρίῳ καλουμένῳ· φασὶ γὰρ αὐχμοῦ ποτε πιέζοντος τὴν Ἑλλάδα, ἔνιοι δὲ κατακλυσμοῦ, συνελθόντας τοὺς Ἕλληνας καθικετεῦσαι τὸν Αἰακὸν ὡς ὄντα παῖδα Διὸς ἐξαιτήσασθαι τῶν τότε συστάντων κακῶν τὴν ἴασιν· τοῦτον δὲ εὐξάμενον ἀποθεραπεῦσαι τὰ δεινὰ καὶ οὕτω διὰ τὴν τῆς Ἑλλάδος σωτηρίαν Ἑλλήνιον παρὰ τοῖς Αἰγινήταις τετιμῆσθαι (*τιμῆσαι* cod.; em. Heyne) *Δία.*

Pausanias

II 29, 7 *αὐχμὸς τὴν Ἑλλάδα ἐπὶ χρόνον ἐπίεζε καὶ οὔτε τὴν ἐκτὸς Ἰσθμοῦ χώραν οὔτε Πελοποννησίοις ὗεν ὁ θεός, ἐς ὃ ἐς Δελφοὺς ἀπέστειλαν ἐρησομένους τὸ αἴτιον ὅτι εἴη καὶ αἰτήσοντας ἅμα λύσιν τοῦ κακοῦ. τούτοις ἡ Πυθία εἶπε ἱλάσκεσθαι, χρῆναι δέ, εἴπερ ὑπακούσῃ σφίσιν, Αἰακὸν τὸν ἱκετεύσοντα εἶναι. οὕτως Αἰακοῦ δεησομένους ἀποστέλλουσιν ἀφ' ἑκάστης πόλεως· καὶ ὁ μὲν τῷ Πανελληνίῳ Διὶ θύσας καὶ εὐξάμενος τὴν Ἑλλάδα γῆν ἐποίησεν ὕεσθαι.*

Ac Pausaniae locus, qui, quamqam ab illo ad statuas Graecorum ad Aeacum missorum adnectitur, tamen exit in Iovis cultum conditum, omni ab parte cum scholiasta conspirat, differt cognominis forma, quippe quae apud Pausaniam *Πανελλήνιος* audiat, apud scholiastam *Ἑλλήνιος*. Quae discrepantia quomodo exorta sit, ita potest illustrari, ut eundem auctorem utrique subesse facile cognoscamus. Syllogae enim auctor primarius excerptus est in scholiis Aristophanis, quae ipsa sylloge usa non sunt. Confer schol. Ar. Eq. 1253: *Ἑλλάνιος Ζεὺς ἀπὸ τοῦ ἐν Αἰγίνῃ αὐχμοῦ ποτε γενομένου, ὅτε Αἰακὸς συναγαγὼν τοὺς Πανέλληνας ἐξιλεώσατο τὸν Δία.* [*τοῦτο δὲ λέγει ὁ ἀλλαντοπώλης εἰληφὼς τὸν στέφανον.*] *Ἑλλάνιος δὲ Ζεὺς τιμᾶται ἐν Αἰγίνῃ.* In his ea, quae uncis inclusi, interpretis ipsius sunt, reliqua autem, quamvis sint decurtata, et agnoscunt cognominis formam, quam habet Pindari scholiasta, et illa Pausaniae propria non modo qua ratione potuerit de eodem cultu usurpari, verbis *συναγαγὼν τοὺς Πανέλληνας* explicant, sed etiam utramque potuisse coniungi ac fuisse olim coniunctam apud unum auctorem docent. Ergo hic quoque eundem fontem adhibuerunt et scholia Pindari et Pausanias.

Idem cadit in Iovem Ammonem. Pindarus enim cum hunc Pyth. IV 28 diserte commemoret et Libyam Pyth. VIII 89 Iovis hortum appellet, ad utrumque locum eadem in scholiis adnotantur:

schol. Pind. Pyth. IV 28

Ἄμμωνα Λίβυες τὸν Δία προσαγορεύουσι καὶ οὕτω τιμῶσι· καὶ ἔστιν αὐτοῦ μαντεῖον ἐν Λιβύῃ. καὶ γὰρ καὶ Φαῖστος ἐπιβάλλων (leg. *ἐπι-*

schol. Pind. Pyth. VIII 89

Ἄλλως. πῶς Διὸς κῆπος ἡ Λιβύη; ὅτι δοκεῖ ὁ Ζεὺς ἐν Λιβύῃ Ἄμμων τιμᾶσθαι, ὡς Φαῖστος ὁ τὰ Λακεδαιμονικὰ συγγράψας.

schol. Pind. Pyth. IV 28	schol. Pind. Pyth. VIII 89
καλῶν) ἐν τοῖς Λακεδαιμονιακοῖς φησι· Ζεῦ Λιβύης Ἄμμων κερατηφόρε κέκλυθι μάντι.	*Ζεῦ Λιβύης Ἄμμων κερατηφόρε κέκλυθι μάντι.* (praecedunt commenta alterius grammatici, quae ultra Pindari verba non spectant).

Pausanias autem et Ammonem Libycum commemorat eiusque *αἴτιον* in mediis fabulis bellorum Messeniacorum ita interponit (IV 23, 1), ut ex alio fonte provenerit ac proxima necesse sit, et praeter Libycum Ammonem novit Ammonem Lacedaemoniorum, cuius mentio est in Laconicis III 18, 3: *Προελθόντι δὲ ἐντεῦθεν ἱερόν ἐστιν Ἄμμωνος· φαίνονται δὲ ἀπ' ἀρχῆς Λακεδαιμόνιοι μάλιστα Ἑλλήνων χρώμενοι τῷ ἐν Λιβύῃ μαντείῳ. λέγεται δὲ καὶ Λυσάνδρῳ πολιορκοῦντι Ἄφυτιν τὴν ἐν τῇ Παλλήνῃ νύκτωρ ἐπιφανέντα Ἄμμωνα προαγορεύειν, ὡς ἄμεινον ἐκείνῳ τε ἔσοιτο καὶ τῇ Λακεδαίμονι πολέμου πρὸς Ἀφυταίους παυσαμένοις· καὶ οὕτω τὴν πολιορκίαν διέλυσεν ὁ Λύσανδρος· καὶ Λακεδαιμονίους τὸν θεὸν σέβειν προήγαγεν ἐς πλέον. Ἀφυταῖοι δὲ τιμῶσιν Ἄμμωνα οὐδὲν ἧσσον ἢ οἱ Ἀμμώνιοι Λιβύων.* Pausaniae locum recte e periegesi seclusit Immerwahr (l. l. p. 92); idem Plutarchi locum attulit (Lys. 20), qui eundem auctorem primarium adhibuit. Sed mera in coniectura collocata est Immerwahri sententia, qui et Pausaniam et Plutarchum Theopompo sua debere voluit. Nam etsi Pausanias et Plutarchus eandem rem eundem in modum narrant, tamen eo inter se differunt, quod consilia inter se diversa sequuntur: Plutarchus enim nihil agit, nisi ut res a Lysandro gestas depingat, Pausaniae cultus *αἴτιον* summa rei est. Ac nunc tandem intellegimus, quomodo potuerit fieri, ut in scholiis Iovis Ammonis Libyci testimonium Phaesti, qui carmen de rebus Lacedaemoniis conscripsit, afferretur. Quae res per se mira explicabitur, ubi primum cognitum erit, apud auctorem scholiastae primitus eadem exstitisse, quae Pausanias exhibet: Iovis *Ἄμμωνος* Libyci mentio et *αἴτιον*, Iovis *Ἄμμωνος* Laconici *αἴτιον* e Phaesto sumptum aut certe Phaesti versibus illustratum: nam Phaesti versum optime potuisse locum obtinere in ea fabula, quam Pausanias narrat, satis erit verbo monuisse. Itaque Phaesti memoria etiam apud Pausaniam servata est. Qui Phaestus quis fuerit nescio: Plutarchi autem consensus, nisi e Phaesto ipse explicatur, quominus ita expediatur, ut eundem historicum, quem ille exscripsit, sive Theopompus fuit, sive alius quis, Phaesto, poetae fortasse sequioris aetatis, carminis materiam suppeditavisse statuamus, equidem nihil video quod impediat.

Transeo ad Neptunum *Πετραῖον*. Quo de cognomine quae leguntur in schol. Pyth. IV 246, ea idem scholion bis repetunt duplici

recensione: *Παῖ Ποσειδῶνος Πετραίου*] *Πετραῖος τιμᾶται Ποσειδῶν παρὰ Θετταλοῖς, ὅτι διατεμὼν τὰ ὄρη τὰ Τέμπη πεποίηκε δι' αὐτῶν ἐπιτρέχειν τὸν ποταμὸν Πηνειὸν πρότερον διὰ μέσης πόλεως ῥέοντα καὶ πολλὰ τῶν χωρίων διαφθείροντα. καὶ Καλλίμαχος· Φεῦγε δὲ καὶ Πηνειὸς ἑλισσόμενος διὰ Τέμπεων. οἱ δὲ ὅτι ἐπί τινος πέτρας κοιμηθεὶς ἀπεσπερμάτισε καὶ τὸν θορὸν δεξαμένη ἡ γῆ ἀνέδωκεν ἵππον πρῶτον, ὃν ἐπωνόμασε Σκύφιον.* § *Ἄλλως. ἐπίθετον Ποσειδῶνος ὁ Πετραῖος. φησὶ δὲ καὶ ἀγῶνα διατίθεσθαι τῷ Πετραίῳ Ποσειδῶνι, ὅπου ἀπὸ τῆς πέτρας ἐξεπήδησεν ὁ πρῶτος ἵππος· διὸ καὶ Ἵππιος ὁ Ποσειδῶν.* Eodem ex scholio fluxit glossa Etymologici Magni, s. v. *Ἵππιος* p. 473, 42: *Ἵππιος· ὁ Ποσειδῶν, ὅτι δοκεῖ πρῶτον ἵππον γεγεννηκέναι, Σίσυφον* (leg. *Σκύφιον*) *ἐν Θεσσαλίᾳ, τῇ τριαίνῃ πέτραν παίσας. ὅθεν ἱερὸν Ποσειδῶνος Πετραίου καθίδρυται ἐν Θεσσαλίᾳ.* Ac videmus Neptuni *Πετραίου* duas proponi explicationes, quarum ut neutra erat plane necessaria ad Pindarum explicandum, tamen utraque, quatenus ad Neptunum *Πετραῖον* refertur a Pindaro nominatum, non prorsus inepte in scholia recepta est. At altera harum fabularum non modo in Neptunum *Πετραῖον* desinit, sed etiam in Neptunum *Ἵππιον*, quem Pindarus ne verbo quidem tetigit. Inde cognoscimus eum, qui primus haec congessit, non Pindarum interpretatum esse, sed in deorum epithetis studium collocasse. Ac memorabile est eandem de Neptuno Equestri fabulam redire in glossa Hesychii s. v. *Ἵππ[ε]ιος*, quae nullo pacto e scholiis Pindari fluxit: *Ἵππ[ε]ιος· Ποσειδῶν· φυσικῶς φασι διὰ τὸ λέγειν τὸν ποιητήν (δ 700)· αἴθ' ἁλὸς ἵπποι ἀνδράσι γίγνονται. κατὰ τὸν μῦθον, ὅτι ἵππους ἐγέννησε Ποσειδῶν Ἀρίονα, Σκύφιον, Πήγασον.* Elucet igitur verum esse quod supra dixi hac glossa varias eiusdem *ἐπικλήσεως* interpretationes contineri, unam philosophorum, tres fabulares: nam id quoque nunc comprobatum est, ultimis Hesychii verbis non dici Neptunum *Ἵππιον* vocatum esse, quod tres equos genuisset, sed tria *αἴτια* eiusdem cognominis significari: nam e tribus fabulis duas separatim non modo exstitisse, sed etiam ad interpretandam *ἐπίκλησιν* adhibitas esse nunc invenimus, alteram apud Pausaniam (VII 25, 7), alteram in Pindari scholiis, quae ab *ἐπικλήσεων* sylloge pendere Hesychii consensus docet.

Sequitur Diana *Ὀρθωσία*, de qua scholion longum exstat ad Ol. III 54. Ac primum quidem diremptae in libris et a Boeckhio in duo scholia, sed ad unum scholion coniungendae quattuor cognominis explicationes sunt hae: *Ὀρθωσία ἡ Ἄρτεμις παρὰ τὸ Ὀρθώσιον ὅπερ ἐστὶν ὄρος Ἀρκαδίας. ἔστι δὲ καὶ ὄρος Ἀρκαδίας Ὄρθιον, ἀφ' οὗ καὶ ἡ θεὸς Ὀρθία καὶ Ὀρθωσία καλεῖται. ἤτοι τῇ ὀρθούσῃ τὰς γυναῖκας καὶ εἰς σωτηρίαν ἐκ τῶν τοκετῶν ἀγούσῃ. Ὀρθωσίᾳ, τῇ Ἀρτέμιδι. περὶ τῆς Ἀρτέμιδος Ἀπολλόδωρος γράφει· Ὀρθωσία δὲ ὅτι ὀρθοῖ εἰς σωτηρίαν* [*ἢ*

ὀρθοὶ] τοὺς γεννωμένους. καὶ ἐν Ἀθήναις ἵδρυται, τὸ ἱερὸν δέ ἐστιν ἐν Κεραμεικῷ. Haec exscripta esse ex auctore aliquo, qui non Pindarum interpretatus est, sed de deorum epithetis varias sententias congessit, cum per se patet, tum inde efficitur, quod et Athenae commemorantur et Diana *Ὀρθία* explicatur a Pindaro aliena. Ex eodem scholio sumptae sunt glossae Et[i] M[i] s. v. *Ὀρθωσία* 631, 2 et Hesychii s. v. *Ὀρθία* et *Ὀρθωσία*. Sequitur, ut saepius in Pindari scholiis, additamentum Didymi: *καὶ παρ' Ἠλείοις Ὀρθωσίας Ἀρτέμιδος ἱερόν, ὥς φησι Δίδυμος.* Didymi fragmentum non ultra ultima scholii verba a me exscripta porrigitur. Is autem qui collegit explicationes Dianae *Ὀρθωσίας*, cum de Diana Orthia loquatur, a Pausania (III 16, 10) discedit: Arcadum nempe Diana *Ὀρθία* si tractatur, non potest *αἴτιον* Laconicae narrari. Ceteroquin autem scholiasta Pindari cum uno e sylloge testibus consentit, cum scholiasta Lycophronis; qui quamquam ad v. 1331 adnotat: *Ὀρθωσίαν] ἡ Ἄρτεμις*, in solo nomine fides est quam maxima: illo enim Lycophronis loco Dianae nullus usus est et ipse scholiasta coactus hanc interpretationem reicere pergit: *νῦν δὲ τὴν Ἀμαζόνα λέγει τὴν Ἱππολύτην.*

De Semela Pindarus Ol. II 45 haec: *ζώει μὲν ἐν Ὀλυμπίοις, ἀποθανοῦσα βρόμῳ κεραυνοῦ τανυέθειρα Σεμέλα, φιλεῖ δέ νιν Παλλὰς αἰεὶ καὶ Ζεὺς πατὴρ μάλα, φιλεῖ δὲ παῖς ὁ κισσοφόρος.* Verborum *φιλεῖ δέ νιν Παλλὰς αἰεί* duplex exstat in scholiis commentarius, quorum alter ita interpretatur: *τοῦτο οἱ μὲν ἁπλῶς διὰ τὴν ἐν θεοῖς διατριβὴν λέγουσιν*, alter haec scripsit: *οἱ δὲ ὅτι ὡς ἐπιχωρία θεός. ἄγαλμα γὰρ αὐτῆς ὁ Κάδμος ἱδρύσατο ἐν Ὄγκαις κώμῃ τῆς Βοιωτίας. Ὀγκαία οὖν ἡ Ἀθηνᾶ τιμᾶται.* Atque ille quidem nihil ad rem, hic autem rursus ad *ἐπίκλησιν* provocat a Pindaro quam alienissimam doctrinamque ex alio auctore depromptam ostentat. Qui cum videatur paullulum a Pausania recedere, tamen ex eodem fonte, quo ille usus est, sua petiit. Pausanias enim haec: IX 12, 3 (Thebis) *ἐνταῦθα ἔστι μὲν ἐν ὑπαίθρῳ βωμὸς καὶ ἄγαλμα Ἀθηνᾶς· ἀναθεῖναι δὲ αὐτὸ Κάδμον λέγουσι. τοῖς οὖν νομίζουσιν ἐς γῆν ἀφικέσθαι Κάδμον τὴν Θηβαΐδα Αἰγύπτιον καὶ οὐ Φοίνικα ὄντα ἔστιν ἐναντίον τῷ λόγῳ τῆς Ἀθηνᾶς ταύτης τὸ ὄνομα, ὅτι Ὄγγα κατὰ γλῶσσαν τὴν Φοινίκων καλεῖται καὶ οὐ Σάϊς* (leg. *Σαῖτις*) *κατὰ τὴν Αἰγυπτίων φωνήν.* Thebanorum *Ὄγγαν* scholiastam quoque novisse elucet ex illius verbis *οἱ δὲ ὅτι ὡς ἐπιχωρία θεός*, quibus Thebae respiciuntur. Sed fuit aliquando auctor unus, qui et utramque *ἐπικλήσεως* formam et utramque explicationem coniunctam exhibebat. Cuius auctoris ceteroquin ignoti fragmentum servavit schol. Aesch. Sept. 149 Kirchh.: *Ὄγκα· ἡ Ἀθηνᾶ παρὰ Θηβαίοις. [ἐπεύχεται δὲ τὴν ἐπιχώριον Ἀθηνᾶν ὡς ὁ Θετταλός· Ζεῦ ἄνα Δωδωναῖε* (*Π* 233), *καὶ ὁ*

Λύκιος· κλῦθι ἄναξ ὅς που Λυκίης (*Π* 514), *καὶ ὁ Ἴλιος· Ζεῦ Ἴδηθεν μεδέων* (*Ω* 308).]*Ὀγκαία Ἀθηνᾶ τιμᾶται παρὰ Θηβαίοις, Ὄγκα δὲ παρὰ τοῖς Φοίνιξι.* Uncis inclusi, quae scholiastae propria sunt. Scholia Aeschylea nec a Pindaricis pendent nec a Pausania; ne *ἐπικλήσεων* quidem sylloges vestigia certa cernuntur, quia is locus, quem supra de Baccho Choeropsala excerpsimus, non satis ad comprobandum idoneus est. Censeo potius syllogae auctorem primarium subesse integrum scholio Aeschyli, decurtatum et Pausaniae et scholio Pindari.[1])

Sequitur Apollo *Καρνεῖος*, quem schol. Pyth. V 106 ita interpretatur: *Καρνεῖος Ἀπόλλων ἀπό τινος Κάρνου μάντεως, οὗ φονευθέντος ὑπὸ Ἀλήτου τοῦ Ἡρακλείδου ὀργισθεὶς ὁ Ἀπόλλων λοιμὸν ἐνέβαλεν ἐν τῇ χώρᾳ αὐτῶν. θέλοντες νῦν* (leg. *οὖν*) *ἐξιλεώσασθαι τὸν θεὸν ἐποίησαν αὐτῷ ἑορτὴν καλέσαντες αὐτὴν ἀπὸ τοῦ Κάρνου Καρνείαν* (leg. *Καρνεῖα*), *ἐξ ἧς καὶ τὸν Ἀπόλλωνα ἐκάλεσαν Καρνεῖον.* Eadem scholiasta Theocriti V 83 narrat, quem *ἐπικλήσεων* sylloge usum esse Pausania collato (III 13, 4—5) supra docui: *ἢ μᾶλλον οὗτος ὁ Κάρνος μάντις ὢν εἵπετο τοῖς Ἡρακλείδαις ἄσημα τούτοις μαντευόμενος· ὅντινα ἐκτραπεὶς εἷς τῶν Ἡρακλειδῶν, Ἱππότης ὄνομα, λόγχῃ βαλὼν ἀπέκτεινε. δι' ὃν λοιμὸς ἐπεκράτησε τὴν Πελοπόννησον. ἀπελθόντες δὲ ἔλαβον χρησμὸν ἐξ Ἀπόλλωνος τιμῆσαι Καρνεῖον Ἀπόλλωνα. καὶ τοῦτο ποιήσαντες ἐπαύσαντο τοῦ λοιμοῦ*: Theopompi hanc historiam esse scholiasta Theocriti antea professus erat. Consensus autem utriusque scholii manifestus esset, nisi eum, qui Carnum interfecit, scholiasta Pindari Aletam, scholiasta Theocriti Hippotam nominavisset. Atque Hippotes quidem pater Aletae erat. Sed quoniam praeter *ἐπικλήσεων* syllogen, cuius reliquias scholion Theocriti l. l. et Pausanias l. l. servarunt, huius fabulae testes ii, quos inter se ulla ratione cohaerere credi non potest, Conon (26), Apollodorus (bibl. II 8, 3, 2), Oenomaus Cynicus (apud Eusebium, praep. ev. V 20[2]), ad unum omnes in nomine Hippotae consentiunt, efficitur Aletae mentionem excerpendi errori vel neglegentiae sive scholiastae ipsius sive librariorum, non scholiastae auctori deberi. Hunc errorem si sustulimus, hi quoque loci inter se concinunt.[3])

Accedunt ex scholiis Pindaricis loci duo, qui cum alias omnino non redeant, conferri nequeunt, sed speciem eandem quam ceteri prae

---

[1]) Hes. glossa Ὄγγα fluxit ex schol. Aeschyl. Sept. 149, glossa s. v. Ὄγκας Ἀθηνᾶς e scholio Aesch. Sept. 490.

[2]) Scripsit Oenomaus καὶ διακοντίζει Κάρνον Ἱππότης ὁ Φύλαντος τὸν Αἰτωλόν κτλ (Ἱππότην Φυλάνδρου vulgo).

[3]) Scholion Callim. h. II 77 e scholio Pindarico fluxisse erroris communitate evincitur.

se ferunt. Quorum alter est de Neptuno Damaeo, qui a Pindaro Ol. XIII 90 commemoratur. Quem ad versum duo scholia adscripta sunt, alterum paraphrasticum, spectans ad adiectivi *δαμαῖος* notionem: *καὶ Δαμαίῳ*] *τῷ δαμαστικῷ. ἵππιος γὰρ ὁ θεός*, alterum diserte ad Neptunum *Δαμαῖον* Corinthiorum relatum: *ἢ Δαμαῖος λέγεται ὁ Ποσειδῶν ἐν Κορίνθῳ ἀπὸ τῆς τῶν ἵππων δαμάσεως.*

Alterum locum, qui est de Junone Parthenia, nunc sepono, paullo infra eundem aggressurus.

Quae si recte disputavi, in Pindari scholiis novem *ἐπικλήσεις* deorum copiosius illustrantur: quo e numero non minus septem redeunt apud reliquos sylloges testes, Pausaniam, scholiastam Lycophronis, Diogenianum, scholiastam Theocriti, atque ita quidem, ut omnes loci inter se quam maxime conspirent. Quoniam igitur Pindari scholia his octo locis diversissimorum auctorum sententias referunt, e quibus tres diserte nominant, Apollodorum Callimachum Phaestum, iidem autem auctores ab eo, qui *ἐπικλήσεων* syllogen confecit, esse exscriptos omnes rerum consensu demonstratum est, sequitur scholiastam Pindari eos non ipsos adiisse, sed *ἐπικλήσεων* corpus adhibuisse idem, quod grammaticis illis in manibus fuit. Quod si est, ea, quam supra periclitatus sum, coniectura comprobata est: idem liber exhaustus est in scholiis Lycophronis, Theocriti, Pindari: unus est Theo, qui traditur et in Lycophronem et in Theocritum et in Pindarum commentarios scripsisse. Nam unus Pindari locus, ubi nominatim laudatur, ita comparatus est, ut Theonem scholia Pindari scripsisse necessario colligamus. Schol. enim Ol. V 42 hoc est: *Ἰδαῖον ἄντρον ἐν Ἤλιδι. Δημήτριος ὁ Σκήψιος ἐν ἕῳ* (id est *πέμπτῳ;* corr. Bergk; *νέων* libri) *διακόσμου* (fgm. 45 Gaede) *ἱερὸν Διός. ἔνιοι δὲ νομίζοντες μὴ τῶν ἐν Ἤλιδι χωρίων αὐτὸν μεμνῆσθαι, ὑπέλαβον μνημονεύειν Ἴδης τῆς ἐν Κρήτῃ ἢ τῆς ἐν Τροίᾳ. οὕτω Θέων φησί.* Ita qui scripsisse fertur, is nec de antro Idaeo in universum nec de alius poetae loco disputavit, sed in Pindari verba ipsa commentatus est.[1]) Ergo per Theonem *ἐπικλήσεων* sylloge haec in corpora

---

[1]) Ahrens, Bucolici graeci vol. II, praef. p. XXIX. Simile scholion adscriptum est ad Apoll. Rh. III 134, ubi cum non idem Demetrii Scepsii locus laudetur (fgm. 53 Gaede), miror Giesium (de Theone grammatico, p. 41) statuisse scholion Apollonii a Pindari scholiasta esse exscriptum et negavisse Theonem scholia Pindari scripsisse. Quae rationes si quid valerent, etiam scholia Lycophronis ab interpretibus Pindari adhibita esse consendum esset; velut schol. Ol. II 127 (*τύρσις*) = schol. Lyc. 717, p. 136. 5 K; schol. Nem. IV 79 (p. 132, 12 Abel) = schol. Lyc. 186. 192, p. 83, 3—7. 19—21 K; schol. Nem. X 12 (p. 294, 7 Abel) = schol. Lyc. 601, p. 126, 3 K; schol. Isthm. VI 53 (p. 452, 4 Abel) = schol. Lyc. 455, p. 110, 7—13 K. Qui loci possunt augeri ad numerum satis magnum.

scholiorum devenit. Itaque quaeret fortasse aliquis, an eiusdem sylloges *ἐπικλήσεων* vestigia cernantur in scholiis Apollonii Rhodii, quorum magnum eamque optimam partem eiusdem Theonis diligentiae deberi pridem constat. Ac videntur nonnusquam scholia Apollonii cum reliquis syllogae testibus aliqua parte concinere; velut eadem Diana *Λυσίζωνος*, quae explicatur schol. Ap. Rh. I 288, est apud Hesychium s. v., aut Apollo *Ἰσμήνιος* et in schol. Ap. Rh. I 537 et apud Pausaniam IX 10, 2 ab Ismeno fluvio derivatur; ac ne hic quidem Hesychius deest. At haec Ismenii Apollinis interpretatio tam trita est, ut trium hominum concentu nihil comprobetur; et Dianae *Λυσιζώνου* nomine solo — praeterea enim nihil servavit Hesychius — vix certi quidquam efficitur. Minerva vero *Ἰτωνία*, cuius explicatio ex Armenida Thebano in schol. Ap. Rh. I 551 allata conspirat cum Pausania (IX 34, 1; cf. supra p. 17), quamquam dupliciter illustratur, non e sylloge ulla *ἐπικλήσεων* hausta est, sed e Corinnae commentario Alexandri Polyhistoris, qui l. l. diserte laudatur. Ne id quidem quidquam efficit, quod Socratis Coi *ἐπικλήσεις*, quae in nostra sylloge excerptae erant (cf. cap. II p. 12), ad Apollinem *Ἐκβάσιον* arcessuntur; nam laudatur Socrates non modo post Deilochum Cyzicenum, quem utique ipsum Theo saepius adhibuit, sed etiam ita, ut nulla nos cogat causa scholiastam Socratem ipsum usurpavisse negare. Hos praeter locos in scholiis Apollonii paucissimae commemorantur *ἐπικλήσεις*, quae plerumque alibi non redeunt.[1]) Quodsi sylloge nostra in scholiis Apollonianis adhibita non esse videtur, tamen nostra de Theone opinio non infringitur; nam ut quivis scholiasta, ita ille in rebus explicandis ab Apollonio ipso pendebat; qui cum parcissimus fuerit in deorum cognominibus, ne Theonem quidem peculiarem de his librum consuluisse nequaquam est mirum. Immo aliud inde lucramur: nunc enim ea quoque quaestio diiudicata est, quae nonnumquam viros doctos vexavit: saepissime enim cum praeter *ἐπικλήσεις* scholia Lycophronis, Theocriti, Pindari cum Apollonianis consentirent, dubitabatur, utrum scholia Apollonii a ceteris exscripta (cf. Ed. Schwartz, de Dionysio Scytobrachione p. 30 ss.) an Theoni eidem eadem ubique doctrina esset adtribuenda (cf. Er. Bethe, quaestion. Diodor. p. 90 ss.). Illam Schwartzii sententiam falsam, hanc Bethii veram esse ex iis efficitur, quae exposui: nam in deorum cognominibus scholia Apollonii in censum non veniunt, quippe quibus *ἐπικλήσεων* sylloge nota non fuerit, sed unus liber in scholiis Pindaricis, Theocriteis, Lycophroneis usurpatus

---

[1]) Apollo *Ἰηπαιήων* (schol. Ap. Rh. II 699) ex Apollodoro desumptus est; cf. Macrob. Sat. I 17, 15.

est; quae sententia comprobata est his scholiorum corporibus comparatis non inter se, sed cum ceteris grammaticis, qui eadem sylloge sunt usi. Ergo, si recte collegimus syllogae notitiam debere ex illis scholiorum corporibus neque alteri alterum neque ullum scholiis Apollonianis, sed eiusdem scholiastae — Theonis — opera syllogae fragmenta omnibus esse inserta, sequitur omnino, si quando illa scholiorum corpora inter se concinunt, non alterius scholion ex altero descriptum esse, sed omnia scholia, quae eandem doctrinam prae se ferunt, ex eius grammatici officina prodiise, qui illis in scholiis omnibus studia sua collocavit, Theonis: nam eam rationem, quam de uno libro intercedere inter corpora scholiorum illa demonstravimus, necesse est valere in omnes fontes scholiis Theocriti, Lycophronis, Pindari, Apollonii communes. Itaque tandem poterit fieri, ut Theonis memoria suscitetur[1]), et definiatur, qua temporis serie commentarios suos conscripserit. Nam quam arte ea, quae praeter *ἐπικλήσεις* Theo dedit, cum his ipsis cohaereant, documento est scholion Pind. Ol. VI 149. Ibi Pindarus Junonem Partheniam commemoravit, quam scholia primum ita interpretantur: *Ἥραν Παρθενίαν*] *τὴν ἐν τῷ Παρθενίῳ τῷ ὄρει τῆς Ἀρκαδίας τιμωμένην, ἵν' ῇ, τὴν ἐν Ἀρκαδίᾳ.* Hic scholiasta nil respexit nisi verba Pindari auctoremque geographum praeterea fortasse adhibuit; ab eodem grammatico paraphrasis versui 148 adscripta profecta est. Sequitur autem alter scholiasta, qui cum negaverit Junonem Arcadicam a Pindaro hic intellegi, hanc opinionem eo refutat, quod obvertit etiam Argis Junonem *Παρθενίαν* coli: *οὕτω* (id est: hoc cognomine) *δὲ καὶ ἐν Ἄργει τιμᾶται Ἥρα.* Quae ipse sentit, statim edit: *Ἥραν, τὴν θαλαμίαν Ἥραν* (rursus a librariis in excerpendo et decurtando diremta sunt, quae dirimenda non erant). Tertius autem exsurgit grammaticus, ne is quidem ullo auctore usus nisi Pindaro: *τινὲς δὲ τὸν Ἀγησίαν φασὶν ἱδρύσασθαι τὸ ἄγαλμα.* Posthac autem videtur induci interpres quartus, cum novam se opinionem proponere scholia verbis *οἱ δὲ* simulant. Sed si accuratius perlustramus ea quae sequuntur, intellegimus eiusdem hominis sententiam continuari, qui antea Junonem *Παρθενίαν* interpretatus erat *θαλαμίαν.* Haec enim eius sunt verba: *οἱ δὲ ὅτι γαμήλιος καὶ αἰτία γενέσεων καὶ ἐν Εὐβοίᾳ παρθένος ἐκαλεῖτο καὶ ποταμὸς Παρθένιος* (*ἐν Σάμῳ* add. Wilamowitzius), *ὃς Ἴμβρασος ἐκλήθη. Καλλίμαχος· Ἀντὶ γὰρ ἐκλήθης, Ἴμβρασε, Παρθενίου.* Itaque tres sunt huius loci scholiastae, duo, qui in Pindari verbis acquiescunt, tertius, qui alterum ex illis redarguit, ipse autem in

---

[1]) Nonnulla congessit Bethe l. l. 92.

redarguendo illo et in sua stabilienda sententia ad *ἐπικλήσεις* provocat, atque ita quidem, ut urbem et insulam nominet quam alienissimas, Argos et Euboeam. Rursus igitur et syllogae nostrae et Theonis vestigia deteximus certa. Ab eodem Theonis scholio divelli non possunt ultima, quae de Imbraso fluvio dicuntur: ad Junonem enim *Παρθένον* pertinent. Plane autem simillima redeunt in scholiis Apollonii: *Ἰμβρασίης] τὴν Σάμον φησίν. Ἴμβρασος γὰρ ποταμὸς Σάμου, ὃς μετεκλήθη Παρθένιος διὰ τὸ ἐκεῖ παρθένον οὖσαν τετράφθαι Ἥραν. καὶ Καλλίμαχος μέμνηται.* (Sequitur scholion Tarrhaei ab hoc diversum). Sed ibi Juno *Παρθένος* deest: itaque scholion Apollonii a scholiasta Pindari exscriptum non est, sed unus grammaticus utrumque composuit.

Verum haec non huius loci. Nos redeamus ad *ἐπικλήσεις*. Is igitur, qui syllogen composuit, auctoribus usus est his:

Aeschylo, Aglaosthene, Alcmane, Alexide Samio, Andrisco, Antimacho, Apollodoro Atheniensi, Archelao, Aristophane Thebano, Autocrate, Callimacho, Cercida, Cratete Mallota, Demetrio Scepsio, Dionysio Scionaeo, Eualce, Gorgone, Hellanico, Homero, Istro, Neanthe, Nicandro, Philochoro, Pindaro, Polemone, Praxilla, Sosibio, Staphylo, Telesilla, Theopompo.

E quibus Hellanicus praeter eum locum, ubi diserte laudatur, etiam Pausaniae de Diana Colaenide narratiunculae subest:

Pausanias	Scholia Aristophanis
I 31, 5 *τὸ δὲ ἐν Μυρρινοῦντι ξόανόν ἐστι Κολαινίδος. Ἀθμονεῖς δὲ τιμῶσιν Ἀμαρυσίαν Ἄρτεμιν. πυνθανόμενος δὲ σαφὲς οὐδὲν ἐς αὐτὰς ἐπισταμένους τοὺς ἐξηγητὰς εὗρον, αὐτὸς δὲ συμβάλλομαι τῇδε. ἔστιν Ἀμάρυνθος ἐν Εὐβοίᾳ· καὶ γὰρ οἱ ταύτῃ τιμῶσιν Ἀμαρυσίαν. ἑορτὴν δὲ καὶ Ἀθηναῖοι τῆς Ἀμαρυσίας ἄγουσιν οὐδέν τι Εὐβοέων ἀφανέστερον. ταύτῃ μὲν γενέσθαι τὸ ὄνομα ἐπὶ τούτῳ παρὰ Ἀθμονεῦσιν ἡγοῦμαι, τὴν δὲ ἐν Μυρρινοῦντι Κολαινίδα ἀπὸ Κολαινοῦ καλεῖσθαι. γέγραπται δ' ἤδη μοι τῶν ἐν τοῖς δήμοις φάναι πολλούς, ὡς καὶ πρὸ τῆς ἀρχῆς ἐβασιλεύοντο τῆς Κέκροπος. ἔστι δὲ ὁ Κολαινὸς ἀνδρὸς ὄνομα πρότερον ἢ Κέκροψ ἐβασίλευσεν, ὡς οἱ Μυρρινούσιοι λέγουσιν, ἄρξαντος.*	Aves 873 *φησὶ δὲ Ἑλλάνικος Κόλαινον, Ἑρμοῦ ἀπόγονον, ἐκ μαντείου ἱερὸν ἱδρύσασθαι Κολαινίδος Ἀρτέμιδος.*

Apollodori Atheniensis vestigia apud eundem Pausaniam occurrunt locis compluribus. In Atticis enim ille haec: I 3, 4 *πρὸ δὲ τοῦ νεὼ* (scil. Apollinis Patroi), inquit, *τὸν μὲν Λεωχάρης, ὃν δὲ καλοῦσιν*

Ἀλεξίκακον (scil. Apollinem) *Κάλαμις ἐποίησε. τὸ δὲ ὄνομα τῷ θεῷ γενέσθαι λέγουσιν, ὅτι τὴν λοιμώδη σφίσι νόσον ὁμοῦ τῷ Πελοποννησίων πολέμῳ πιέζουσαν κατὰ μάντευμα ἔπαυσεν ἐκ Δελφῶν.* Ad hanc Apollinis potestatem bis redit, atque ita quidem, ut ipse nos ad hunc locum remittat, primum VI 24, 6: *Ἠλείοις δὲ ἐν τῷ ὑπαίθρῳ τῆς ἀγορᾶς τὰ ἐπιφανέστατα ναός ἐστι καὶ ἄγαλμα Ἀπόλλωνος Ἀκεσίου. σημαίνει δ' ἂν τὸ ὄνομα οὐδέν τι ἀλλοῖον ἢ ὁ καλούμενος Ἀλεξίκακος ὑπὸ Ἀθηναίων.* deinde VIII 41, 7: Phigaliae . . . . . *χωρίον τέ ἐστι καλούμενον Βᾶσσαι καὶ ὁ ναὸς τοῦ Ἀπόλλωνος τοῦ Ἐπικουρίου, λίθου καὶ αὐτὸς καὶ ὁ ὄροφος. Ναῶν δὲ ὅσοι Πελοποννησίοις εἰσίν, μετὰ τόν γε ἐν Τεγέᾳ, προτιμῷτο οὗτος ἂν τοῦ λίθου τε ἐς κάλλος καὶ τῆς ἁρμονίας ἕνεκα. τὸ δὲ ὄνομα ἐγένετο τῷ Ἀπόλλωνι ἐπικουρήσαντι ἐπὶ νόσῳ λοιμώδει καθότι καὶ παρ' Ἀθηναίοις ἐπωνυμίαν ἔλαβεν Ἀλεξίκακος ἀποτρέψας καὶ τούτοις τὴν νόσον. ἔπαυσε δὲ ὑπὸ τὸν τῶν Πελοποννησίων καὶ Ἀθηναίων πόλεμον καὶ τοὺς Φιγαλέας καὶ οὐκ ἐν ἑτέρῳ καιρῷ· μαρτύρια δὲ αἵ τε ἐπικλήσεις ἀμφότεραι τοῦ Ἀπόλλωνος ἐοικός τι ὑποσημαίνουσαι, καὶ Ἰκτῖνος ὁ ἀρχιτέκτων τοῦ ἐν Φιγαλίᾳ ναοῦ γεγονὼς τῇ ἡλικίᾳ κατὰ Περικλέα καὶ Ἀθηναίοις τὸν Παρθενῶνα καλούμενον κατασκευάσας.* Ultimo loco propter Ictinum celeberrimo Pausanias duos fontes contaminavit, alterum ad historiam artis pertinentem, cui omnia praeter *ἐπίκλησιν* debet, alterum *ἐπικλήσεως* auctorem. Atque in propatulo est, qua ratione utrumque concinnaverit: *ἐπικλήσεως* auctor cum rettulisset, Apollinem *Ἐπικούριον* Phigaliae coli utpote Medicum pestis, Pausanias inde profectus nisusque artis scriptore eo progressus est, ut pestem ad temporum rationem revocaret. Quae ratiocinatio nullius est nisi Pausaniae. Ergo sylloges auctor nihil de illa peste aut eius aetate commemoraverat, sed *Ἐπικούριον* Apollinem, ut *Ἀλεξίκακον* et *Ἀκέσιον*, ex Apollinis potestate sanandi interpretatus erat. Ergo apparet tres locos esse coniungendos Pausaniaeque auctorem continuo eas *ἐπικλήσεις* Apollinis tractavisse, quae ad morbos medendos spectarent, easque ita adhibuisse, ut iis Apollinis facultatem sanandi illustraret. Idem fecit Apollodorus Atheniensis in libris, qui inscribebantur *περὶ θεῶν*. Ibi enim de Apolline Medico copiose disseruit atque is quoque ita quidem, ut hanc potestatem Apollinis ex cognominibus explicaret. Cuius disputationis nunc parvulae laciniae supersunt apud Macrobium, cuius auctorem Jamblichum Apollodoro esse usum Münzel luculenter demonstravit (de Apollodori libris *περὶ θεῶν*, Bonnae 1883, p. 19); eaedem satis docent Apollodorum quoque profectum esse ex Apolline Alexicaco Atheniensium et progressum ad alias *ἐπικλήσεις* eiusdem notionis; vide enim ea, quae Macrobius tradit: Sat. I 17, 15 . . . . *ut Apollinem appellentem mala intellegas, quem Athenienses Ἀλεξίκακον*

appellant. sed et Lindii colunt Apollinem Λοίμιον, hoc cognomine finita pestilentia nuncupatum. Pauca sunt, quae Macrobius servavit, at sufficiunt.

Alter locus Apollodori est apud Pausaniam: I 19, 5 *ἐθέλουσι δὲ Ἀθηναῖοι καὶ ἄλλων θεῶν ἱερὸν εἶναι τὸν Εἰλισσὸν καὶ Μουσῶν βωμὸς ἐπ' αὐτῷ ἐστιν Εἰλισσιάδων.* Confer Steph. Byz. p. 331, 4 M: *Ἰλισσός· ποταμὸς τῆς Ἀττικῆς, ἐν* (leg. *ἐφ'*) *ᾧ τιμῶνται αἱ Μοῦσαι Ἰλισσίδες, ὡς Ἀπολλόδωρος.*

Tertium locum Apollodoro e coniectura adtribuo. Apollodorus enim non modo unus philosophus est, quem a sylloges auctore exscriptum esse docere potui, sed unus certe stoicus, quem et syllogae et Cornuto subesse potest cogitari. Itaque si quando sylloge cum Cornuto consentit, Apollodorea deprehendimus. Unum habeo exemplum certum:

Hesychius	Cornutus
Ἵππ[ε]ιος· Ποσειδῶν. φυσικῶς φασὶ διὰ τὸ λέγειν τὸν ποιητήν (δ 708)· *αἵ θ' ἁλὸς ἵπποι ἀνδράσι γίγνονται.*	p. 43, 19 L: *ἵππιος δὲ* (scil. *Ποσειδῶν λέγεται) τάχα ἀπὸ τοῦ ταχεῖαν τὴν διὰ θαλάττης φορὰν εἶναι καθάπερ ἵπποις ἡμῶν ταῖς ναυσὶ χρωμένων.*

Ceterum neque unus neque potissimus syllogae fons fuit Apollodorus; cuius libri *περὶ θεῶν* indolis quam maxime diversae erant. Tamen, si plura constarent de eius doctrina quam adhuc enucleaverunt viri docti, non dubito, quin contingeret, ut plures eius reliquiae etiam in hac literarum provincia detegerentur.

Polemonis contra in sylloge saepissime adhibiti vestigia ultra locos laudatos me non detexisse aegre fero; Venerem certe ad *Μορφώ* adhibitus esse non videtur. Haec enim cum ad simulacra catenis vincta pertineret, fortasse erat a Polemone tractata: cf. schol. Pind. Ol. VII 95 *Πολέμων γάρ φησι παρὰ Χίοις μὲν τὸν Διόνυσον δεδέσθαι καὶ παρ' Ἐρυθραίοις δὲ τὸ ἕδος τῆς Ἀρτέμιδος, καὶ ὅλως πολὺν κατεσπάρθαι λόγον περὶ τῶν ἀγαλμάτων ὡς μὴ μενόντων, ἀλλὰ πορευομένων ἄλλοσε πολλάκις.* Sed haec ipsa verba Polemonis docent eum alia ratione simulacra talia interpretatum esse atque auctores fabularum in sylloge congestarum: conferlocos supra (p. 12) allatos.

Hos ad auctores accedit Heraclides Ponticus:

Pausanias	Photius
IX 16, 6 *πρὸς δὲ ταῖς καλουμέναις πύλαις Προιτίσι θέατρον ᾠκοδόμηται, καὶ ἐγγυτάτω τοῦ θεάτρου Διονύσου ναός ἐστιν ἐπίκλησιν*	*Λύσιοι τελεταί· αἱ Διονύσου· Βοιωτοὶ γὰρ ἁλόντες ὑπὸ Θρᾳκῶν καὶ φυγόντες εἰς Τροφωνίου κατ' ὄναρ ἐκείνου Διόνυσον ἔσεσθαι βοηθὸν*

AUCTOR DE VITA SUA

Natus sum *Georgius* Henricus Eduardus Hermannus *Wentzel* *Oppolii* die XXVI mensis Octobris anni 1862, patre *Hermanno*, quem praematura morte ante hos quattuor annos mihi ereptum doleo, matre *Jenny* e gente *Ziegler* adhuc superstite. Baptizatus sum in fidem catholicam.

Anno 1871 adii gymnasium *Glaciense*, quod tunc *Johannis Oberdickii*, v. d., auspiciis florebat, patremque secutus, qui gymnasii directoris munere fungebatur, gymnasia frequentavi anno 1874 *Bytumiense*, anno 1879 *Oppoliense*. Inde a patre ipso maturitatis testimonio instructus *Berolinum* me contuli, ubi per octies sex menses studiis incumberem philologicis, archaeologicis, historicis. Auctumno anni 1884 tantopere aegrotavi, ut ad parentes reversus per unum fere annum omnibus studiis abstinerem. Anno 1885, ut totum me philologiae dederem, *Gottingam* migravi, ubi per quattuor annos civis academicus fui. Examen rigorosum mense Novembri anni 1888 superavi. Docuerunt me *J. G. Droysen* †, *A. Kirchhoff*, *Mommsen*, *Robert*, *Spitta*, *de Treitschke*, *Vahlen*, *Zeller* Berolinenses, *Guil. Meyer*, *Roethe*, *Sauppe*, *Volquardsen*, *de Wilamowitz-Moellendorff* Gottingenses. Ut in seminarium philologicum Gottingense reciperer eiusque essem per tria semestria sodalis ordinarius, senior suffectus per menses duos, egregia erga me benevolentia *Hermanni Sauppi* et *Udalrici de Wilamowitz-Moellendorff* factum est; idem *Sauppius* aditum seminarii paedagogici Gottingensis mihi aperuit. Exercitationibus ut interessem philologicis *Vahlenus* et *Wilamowitzius*, historicis *Mommsen* et *Volquardsen*, archaeologicis *Robert*, palaeographicis *G. Meyer*, epigraphicis et metricis *Wilamowitzius*, Goethianis *Roethe* benigne concesserunt.

Quibus cum omnibus meritas habeam gratias, eximias debeo *Vahleno* et *Roberto*, *Sauppio* et *Wilamowitzio*, quorum quanta semper erga me fuerit liberalitas ac benevolentia, numquam equidem obliviscar.

Pausanias	Photius
Λυσίου· Θηβαίων γὰρ αἰχμαλώτους ἄνδρας ἐχομένους ὑπὸ Θρᾳκῶν ὡς ἀγόμενοι κατὰ τὴν Ἁλιαρτίαν ἐγίνοντο, ἔλυσεν ὁ θεὸς καὶ ἀποκτεῖναί σφισι τοὺς Θρᾷκας παρέδωκεν ὑπνωμένους.	*φήσαντος μεθύουσιν ἐπιθέμενα τοῖς Θρᾳξὶν ἔλυσαν ἀλλήλους· καὶ Διονύσου Λυσίου ἱερὸν ἱδρύσαντο, ὡς Ἡρακλείδης ὁ Ποντικός, ὡς Ἀριστοφάνης δέ, διὰ τὸ λυτρώσασθαι Θηβαίους παρὰ Ναξίων ἄμπελον.*

Ac Photii glossam, quae redit apud Hesychium (s. v. *λύσειοι τελεταί*) omnino non modo Diogeniano, sed etiam syllogae *ἐπικλήσεων* adscriberem, praesertim cum Aristophanes quoque Thebanus utique ab huius auctore usurpatus sit (cf. Phot. s. v. *Ὁμολώϊος*), nisi e lemmate disceremus, eam non *ἐπικλήσεως* causa conscriptam esse.

Accedit praeterea Clitopho Milesius, homo ceterum ignotus, si fides habenda est subscriptioni scholii Homerici:

Pausanias	Schol. Ven. B. Jl.
VII 24, 5 *ἐνταῦθα ᾤκητο Ἑλίκη πόλις, καὶ Ἴωσιν ἱερὸν ἁγιώτατον Ποσειδῶνος Ἑλικωνίου. διαμεμένηκε δέ σφισιν, καὶ ὡς ὑπὸ Ἀχαιῶν ἐκπεσόντες ἐς Ἀθήνας καὶ ὕστερον ἐξ Ἀθηνῶν ἐς τὰ παραθαλάσσια ἀφίκοντο τῆς Ἀσίας, σέβεσθαι Ποσειδῶνα Ἑλικώνιον· καὶ Μιλησίοις τε ἰόντι ἐπὶ τὴν πηγὴν τὴν Βιβλίδα Ποσειδῶνος πρὸ τῆς πόλεώς ἐστιν Ἑλικωνίου βωμός.*	XX 404 *Ἑλικώνιον ἀμφὶ ἄνακτα*] *τὸν Ποσειδῶνα ἤτοι ὅτι ἐν Ἑλικῶνι ὄρει τῆς Βοιωτίας τιμᾶται, ἢ ἐν Ἑλίκῃ· μᾶλλον οὖν παρὰ τὸν ἐν Ἑλίκῃ, ὅτι Ἑλικὼν μὲν Βοιωτίας ὄρος, Ἑλίκη δὲ νῆσος ἱερὰ Ποσειδῶνος. Νηλεὺς ὁ Κόδρου χρησμὸν λαβὼν ἀποικίαν ἔστειλεν ἐς Μίλητον καὶ τὴν Καρίαν ἐξ Ἀθηνῶν καὶ τῆς Ἀχαϊκῆς Ἑλίκης. παραγενόμενος δὲ εἰς τὴν Καρίαν ἱερὸν Ποσειδῶνος ἱδρύσατο καὶ ἀπὸ τοῦ ἐν Ἑλίκῃ τεμένους Ἑλικώνιον προσηγόρευσε* . . . . sequitur sacrificii descriptio; tum in fine haec: *ἡ ἱστορία παρὰ Κλειτοφῶντι.*

In aperto est Pausaniam eandem fabulam suis verbis reddere.

Addendus est postremo Armenidas Thebaicorum scriptor, qui schol. Ap. Rh. I 551 Minervam *Ἰτωνίαν* ad eundem Itonem, Amphictyonis filium, deduxit ac Pausanias IX 34, 1 (cf. supra p. 17 et 38; Kalkm. l. l. p. 128).

Horum omnium recentissimus est Apollodorus Atheniensis. Antiquissimus autem ex iis, qui *ἐπικλήσεων* syllogen exscripserunt, est Theo. Itaque sylloge primo ante Christum saeculo confecta est. Quam quis composuerit, nescio: poterit aliquis suspicari Socratem Coum, cuius liber a Diogeniano laudatus (Phot. s. v. *Κύννειος*) neque Pamphilo

ignotus (Ath. III 111 b) inscriptus fuit *Ἐπικλήσεις*, eam compilavisse; sed haec suspicio propterea speciem veri non habet, quod ex iis locis, quibus doctrina Socratis servata est (Phot. l. l., schol. Ap. R. I 966), elucet eum non tam compilando aliorum sententias congessisse, sed ipse quid sentiret, esse professum.[1]) Id autem fortasse non inutile erit monere saeculi primi a. Chr. proprium fuisse ea quae doctrina et sagacitate aetatis superioris effecta erant, in usum virorum doctorum colligere: etiam illud compendium mythographum, quod fuisse olim Bethius (l. l.) comprobare studuit, primo a. Chr. saeculo fuit conscriptum.

---

[1]) Socratem Coum eundem esse atque grammaticum Socratem in Et° M° (p. 389, 18) commemoratum J. Toepffer non debebat contendere (Att. Geneal. 302, 2); qui grammaticus l. l. non modo contra Orum, hominem tertii p. Chr. saeculi, disserit, cum Socratem *ἐπικλήσεων* auctorem ab Atheneo (id est a Pamphilo) in panium catalogo (III 111 b) laudari Toepffer ipse animadverterit, verum etiam nomen eius in Et° M° non traditum est, sed Musuri debetur coniecturae (cf. Gaisfordi annotationem); e siglis codicis Eti Mi l. l. nihil videtur posse elici, nisi haec verba . . . οὕτως Ὧρος. ὁ *δὲ γραμματικὸς ἀντιλέγει κτλ.* Itaque vera est Wilamowitzii sententia, qui censet vocibus ὁ *δὲ γραμματικός* significari Herodianum: qui sescenties ab Ori placitis discedit et *γραμματικὸς* vocatur *κατ' ἐξοχήν*.